


BIBLIOTHECA

TEMPLI CATHEDRALIS STRENGNESENSIS,


QUÆ MAXIMAM PARTEM EX GERMANIA CAPTA EST
CIRCA FINEM BELLI TRIGINTA ANNORUM,

DESCRIPTA

AB

HENRICO AMINSON,
HISTOR. LECTORE STRENGN.

STOCKHOLMIÆ
IMPRESSIT ISAAC MARCUS
ANNO M. DCCC. LXIII.


BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

PRAEFATIO.

Anno 1776 editum est registrum, quod Catalogus Bibliothecæ Templi Cathedralis Strengnesensis inscriptum est. Jam vero quum in illo registro dimidia fere pars librorum prorsus esset prætermissa, Dr F. W. Brannius Catalogum Bibliothecæ, cui erat præfectus, de integro scribere inchoavit. Quo in opere conficiendo quum annos undecim consumpsisset, e vita decessit, opus suum relinquens nondum perfectum. Quum autem comperissem, eum paulo ante mortem optasse, ut vita sibi suppeteret, donec opus susceptum perfecisset, statim equidem, quamquam me minime bibliognostam profitebar, neque etiamnunc profiteor, tamen opus relictum aggredi decrevi. Etenim credidi, mihi nihil aliud restare, nisi ut scripta cum exemplaribus impressis conferrem vitiosaque tollerem. Quæ quidem opinio me fefellit. Nam primum vidi, biblia codicesque manu scriptos et libros a Johanne Matthiæ donatos prætermissos esse, tum quintam fere librorum descriptorum partem numeris carere, quo factum est, ut eos reperire non possem, denique maximum præterea titulorum numerum deesse. Itaque, nisi operam complurium annorum perditam vellem, novum fere et integrum catalogum scribere coactus sum. Attamen ne omni parte huius operis careret primus incepti auctor, ipsam scribendi rationem et quasi lineamenta retinui. Quæ præterea ex scriptis illius sum mutuatus, omnia cum libris impressis diligenter contuli. Hoc autem mihi monendum videtur, quamquam mihi fuit propositum, ut quam accuratissime titulos librorum describerem, eos, qui minoris essent momenti, breviter tantum esse descriptos, meque, quod typographi quoque causa factum est, literis minutis pro grandibus et numeris arabicis pro romanis sæpe usum esse. Ceterum iudicia mea ipsius de librorum pretio et auctoritate plerumque, præsertim quum bibliognostis scriberem, mittere decrevi,

nonnumquam ad catalogos, quos ediderunt Ebert et Panzer, lectorem reiiciens.

De ordine, quo posita sunt opera singulorum auctorum, annos impressionis sequi nolui, nisi in describendis partibus eiusdem operis, aut si unum idemque opus haberet complures editiones. Ordine alphabetico plerumque usus sum, aut coniunxi opera, quæ erant eiusdem generis. Ceterum in catalogo minore, qui sit ordo, mihi non multum interesse videtur.

Multi libri titulo, nonnulli fine quoque carent, quamobrem nonnumquam eo difficilius fuit cognoscere auctores, quod occasio mihi non fuit in bibliotheca maiore quærendi similes editiones. Hos autem libros, quam potui diligentissime, describere conatus sum, quo bibliognosta facilius eos agnoscere possit.

Seculo quinto decimo bibliotheca nostra ex sedecim libris manu scriptis et admodum paucis impressis constitit. Conradus Rogge, seu, ut ipse scripsit, Roggo, Episcopus Strengnesensis, qui iuris scientiæ studuit Perusii annis 1455—1461, ibique decretorum doctor factus est, magnam partem aut ipse manu sua scripsit, aut in Italia coëmit. Progrediente tempore pauci tantum libri accesserant, quum Dr Johannes Matthiæ anno 1643 episcopatum obtinuit. Qui quidem non solum a Christina regina, cuius præceptor fuerat, impetravit, ut pars haud exigua librorum, qui bello germanico triginta annorum capti erant, Strengnesiæ concederetur, sed etiam ex suis libris, quos plerosque, ut videtur, a regina illa acceperat, amplius ducenta volumina dono dedit. Eiusdem hortatu pastores quoque nonnulli libros "ad bibliothecam nostram instaurandam" dederunt. Post illud tempus hæc bibliotheca non multum crevit; nam omnes fere libri comparati addicebantur bibliothecæ Gymnasii nostri, quæ nunc habet multiplicem librorum numerum.

Quamquam plus mille volumina, id quod maxime est dolendum, anno 1765 voci preconis subiecta sunt, tamen restant prope 2000 volumina (F. 785, Q. 530, O. 649 cum 22 voluminibus manu scriptis), quæ comprehendunt duplicem fere numerum diversorum operum. Omnia fere impressa sunt ante medium seculum septimum decimum. Maximam partem capta sunt bello, quod supra dixi, ex Moravia (Nicolsburga, Olomucio etc.) et Bohemia (Praga etc). Quorum libri fuerint, apparet ex inscriptionibus, in frontibus librorum factis, quas plerasque cum notis et compendiis suis afferam:

Acad. Herbipol. = Academia Herbipolensis.

(*Bibl. Varm.* = Bibliotheca Varmiensis).

C. B. S. J. = Collegium Braunsbergense Societatis Jesu.

C. O. S. B. = Collegium Olomucense ad S. Bernardinum.

C. O. S. J. = Collegium Olomucense Societatis Jesu.

C. O. S. M. = Collegium Olomucense S. Michaelis Ord. Præd. S. Dominici.

Can. Reg. Olom. Vide: M. C. R. O

Card. a Dietr. = Princeps et Cardinalis a Dietrichstein (Nicolsburgæ Moraviæ).

Cath. Eccl. Olom. = Cathedralis Ecclesia Olomucensis.

Conv. Grad. = Conventus Gradicensis.

Conv Vienn. Carm. = Conventus Viennensis Carmelitarum.

Loc. Cap. (*Ol.*) = Loci Capucinorum Olomucensium.

Loc. Cap. V. = Loci Capucinorum Viennensium.

M. C. R. O. (*Can. Reg. Olom.*) = Monasterium Canonicorum Regularium Olomucense.

M. S. B. O. = Monasterium S. Bernardini Olomucense Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

Mon. Grad. = Monasterium Gradicense.

P. V. a R. = Bibliotheca Principis, Domini Petri Vok Ursini, Domini Domus a Rosenberg, e Primatibus Bohemorum (Pragæ).

S. N. J. = Societas Jesu Nissæ (Neisse).

Semin. Olom. = Seminarium Olomucense.

V. C. R. = Venceslaus Cal. a Rosenberg.

Multæ inscriptiones perierunt, aut titulis ereptis, aut involucris renovatis.

Qui accuratius hanc prædam cognoscere cupit, legat optimum atque præclarissimum illud opus: Forschungen in Schweden für Mährens Geschichte — von Dr B. Dudik. Brünn 1852.

At vero, ut ad scribendi methodum revertar, quæ multis sine dubio verbosior videbitur, ea non omnino sine causa usus sum. Nam præda illa, ex Germania capta, quum Stockholmiam anno 1649 venisset, in sex partes divisa esse videtur, ex quibus una in bibliotheca regia remansit, altera in bibliotheca templi principalis Stockholmensis (anno 1843 cum regia coniuncta), tertia vero Aboam, quarta Arosiam, quinta Strengnesiam et sexta Upsaliam missa est. Divisionem autem illam festinanter et sine cura factam esse, inde coniicere licet, quod in nostra bibliotheca multi libri sunt eiusdem

editionis, et multi ex partibus constant, quæ sunt variarum editionum. Præterea multæ partes singulorum operum desunt. Hoc consideranti, mihi in mentem venit, ceterarum quoque bibliothecarum esse eandem rationem. Quod si ita est, spero, fore ut, commutatione facta, et novos libros acquirere possint singulæ bibliothecæ, et si qua opera partibus careant, vel ex partibus, ad varias editiones pertinentibus, consistant, opera illa facile integra reddi possint. Quamobrem a re non alienum existimavi, si libros, quam potui accuratissime, describerem, sequens eandem methodum, atque eam etiam fusiorem, quam celeberrimus Panzer. Iisdem quoque artis vocabulis propter brevitatem usus sum.

Bibliotheca Johannis Matthiæ, quum data esse videatur hac conditione, ne cum ceteris libris commisceretur, seorsim est descripta et cum libris manu scriptis supplemento addito comprehensa. Si vixero, in animo est totam templi cathedralis bibliothecam uno registro comprehendere, in quo non nomina auctorum, sed disciplinæ ordinem constituent.

In magna multarum rerum occupatione, quæ ad munus meum publicum pertinebant, quum non minus duodeviginti anni mihi opus fuerint ad hunc librum conficiendum, hoc mihi sit excusationi, si, quæ scripsi, non ubique ita, ut volui, sibi constent. Vitiis quoque librum laborare, ipse et scio, et agnosco. Sin autem nonnihil nihilo præstat, paulum saltem me literis esse collaturum speravi, si fructum temporis, quod mihi vacuum fuit, in vulgus edidissem. Quod quum fit, opto, lector benevole, ut voluntatem magis spectes, quam facultatem.

Notae et Compendia Verborum:

Altern. = Alternus.
Anteced. = Antecedens.
Antepenult. = Antepenultima.
Arab. = Arabicus.
Atram. = Atramentum.
C. = Cum.
Cærul. = Cæruleus.
Cæs. = Cæsar, Cæsareus.
Cfr = Confer.
Char. = Character (typus).
Chart. = Charta.
Col. = Columna.
Compl. = Complector, -ctens.
Compr. = Comprehendo, -dens.
Cont. = Contineo, -nens.
Cust. = Custos.
D. = Liber cum chartis 12 foliorum.
Dedic. = Dedicatorius.
Dupl. = Duplex.
Edit. = Editus, Editio.
Epist. = Epistola.
F. = Liber cum chartis 2 foliorum.
Fig. = Figura.
Flav. = Flavus.
Fol. = Folium.
Fol. a = prima folii pagina.
Fol. b = secunda folii pagina.
Fr. = Frons.
Goth. = Gothicus.
Græc. = Græcus.
Grand. = Grandis.
Hebr. = Hebræus.
Imag. = Imago.
Imp. = Imperator, -ialis.
Init. = Initialis.
Ins. = Insigne.
Interpr. = Interpres, -etatio.
Lin. = Linea.
Lit. = Litera.
Mai. = Maior.
Marg. = Margo, -inalis.
Max. = Maximus.
Min. = Minor.
Mixt. = Mixtus.
Nigr. = Niger.
Num. = Numerus, -ratus.
Nuncup. = Nuncupatorius.
O. = Liber cum chartis 8 foliorum.
Obl. = Obliquus.
Off., Offic. = Officina.
Orn. = Ornamentum.
P. = Pars.
Pag. = Pagina.
Pap. = Papa, Papalis.
Penult. = Penultima.
Pseudon. = Pseudonymus.
Q. = Liber cum chartis 4 foliorum.
Quincupl. = Quincuplex.
Rect. = Rectus.
Repræs. = Repræsentans.
Rom. = Romanus.
Rotund. = Rotundus.
Rud. = Rudis.
Rubr. = Ruber.
S. = Seu.
S. l. et a. = Sine loco et anno.
Semigoth. = Semigothicus.
Sequ. = Sequens.
Sign. = Signum, -atus, -atura.
Sing. = Singuli.
Spars. = Sparsus.
Tit. = Titulus.
Tom. = Tomus.
Tripl. = Triplex.
Typogr. = Typographicus, -aphus.
Ult. = Ultimus.
Vers. = Versus.
Virid. = Viridis.
Vol. = Volumen.
Xylogr. = Xylographicus.

(A)

A Sacratiff: Caefareae et Catholicae Maieftatis locumtenentib. et gubernatorib. supremis omnium prouinciarum Auftriae ad illuft. Principes Uuilhelmum et Ludouicum vtriufque Bauariae duces de Eckiana modeftia, literae. *In fine:* Ex Augufta Vindelicorum viij Februarij. Anno salutis M. D. XX. *Subscr:* Sacr. Caefar. et Catholicae Maieftatis locumtenentes et Gubernatores supremi omnium prouinciarum Auftriae. — *Char. goth., fol.* 2. *Q. 211.*

Abelus Strasburgus. Vide **Epithalamia**.

Abraham Aben Ezra, seu Judaeus.

Fol. 1 b: Circulus duplex, per gradus partitus aliosque circulos minores circumcludens. — *Fol. 2 a:* Jncipit liber Abraham iudei de natiuitatibus. *In fine folii 20 b:* Explicit feliciter liber abraham iudei: Utiliffimus in ea parte aftrologie que de natiuitatibus tractat: cum figuris exemplaribus fingulis domibus antepoftis. *Fol. sequ. a accedit:* Magiftralis compofitio aftrolabij hanrici bate ad petitionem fratris Uuilhelmi de morbeka ordinis predicatorum dni pape penitentiarij et capellani etc. — *Fol. 28 a:* Expletum eft hoc opufculum ab hanrico bate in villa machlinenfi: luna coniuncta ioui in domo septima: afcendente leone. Anno dni. 1274 *(sic).* quinto idus octobris: ad petitionem vuilhelmi de morbeca ordinis predicatorum: dni pape penitentiarij et capellani. *Sequitur Modus coæquandi vera loca planetarum.* — *In fine:* Finit feliciter opufculum abrahe iudei de natiuitatibus cum exemplaribus figuris fingulis domibus antepofitis: Et magiftralis compofitio aftrolabij Hanrici bate. Jmpreffum venetijs arte et impenfis Erhardi ratdolt de augufta. Anno salutifere incarnationis dnice. M. cccc. lxxxv. nona Kalendas Januarij. — *Char goth. cum sign., fol. 30.* *Q. 381.*

Liber abraham auenezre de creticis diebus. Lugd. 1508, v. **Ganivetus** *Johannes.* *Q. 408.*

Abstemius, Laurentius.

Eabule (*sic*) per latinisſimum uirum Laurentium Abſtemium Vuper compoſite. — Fabulæ ex græco in latinum per Laurentium nallam uirum clariſſimum uerſæ.

Outinam ſeſe poſſet ſpectare latinum
Nobis qui grecæ tradidit iſta prior:
Diceret is credas hinc græca thalia ualete
Cultius hæc quoniam muſa latina canit.

Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. eodem b: Domicius palladius foranus pollioni uadio Sacerdoti uenerando S. P. D. — *Fol. 22 a:* Laurentii Vallenſis In. xxx. Fabularum Eſopiæ Græco *(sic)* in latinum Sermonem ad clariſſimum uirum Renaldum ſonaledæ præſatio. — *In fine:* Eſopi fabularum. xxx. tradutinis Finis. Impreſſum Venetiis per Ioannem de Cereto de Tridino: Anno domini. M. CCC *(sic)*. XCIX. die i Iunii. — *Ins. typogr.* — *Char. rom. cum sign., fol. 28.* *Q. 239.*

Laurentii Abſtemii Viri Elegantiſſimi et amoeni ingenii, fabulæ elegantiſſimæ, nuper per clariſſimum poetam et Philoſophum Gargetium emaculatæ. — *Vide* **Aesopus.** *O. 92.*

— — — Lipſiæ. *Vide* **Fabularum.** *O. 403.*

— — — Ingolſtadii Bavariæ. 1545. *Vide* **Aesopus.** — *P. V. a R.* O. 406.

Academia Pragensis.

De Triumphali Adventu Sereniſſimi et Invictiſſimi Imperatoris Ferdinandi I. P. P. Pragam — — Bohemorum Metropolim, Gratulatoriæ Acclamationes. *Vide* **De.** *Q. 74.*

Acanthi, Casparus.

Victoria literaria. Dicata honeſtis, ac eruditis adoleſcentibus, cum in Cæſareo Societatis Ieſu Collegio Pragæ primam in artibus liberalibus, ac Philoſophia lauream, die 9 Febr. A. D. 1587 conſequerentur. Pragæ. Mich. Peterle. — *C. O. S. J.* *Q. 283.*

Acciaiolus. Vide **Zenobius.**

Acosta, Christophorus, Africanus, seu a Costa.

Tractado de las drogas y medicinas de las Indias orientales con ſus plantas debuxadas al vivo. *Titulus exemplari deest.* *Q. 338.*

Acosta, Emanuel.

Rerum A Societate Iesu In Oriente Gestarum Ad Annum Vsque a Deipara Virgine 1568, commentarius, —, recognitus et latinitate donatus. Accessere De Iaponicis Rebus Epistolarum libri IV, item recogniti et in latinum ex Hispanico sermone conuersi. Dilingæ. Sebald. Mayer. 1571. — *C. O. S. J.* *O. 376.*

Acosta, Josephus.

De Christo Revelato Libri Novem Simulque (*ejusdem*) De Temporibus nouissimis Libri Quattuor. Lugduni. Ioan. Buysson. 1592. — *C. O. S. J.* *O. 89.*

(**Acta.**)

Acta aller handlungen, so sich zwischen dem Allerdurchleuchtigisten, Großmechtigisten, Fürsten und Herrn, Herrn Ferdinanden, Römischen, Hungerischen, vnd Behamischen etc. Künig etc. vnnd etlichen personen aus dem Herrn, Ritter, vnnd Burger Standt, der Cron Behaim, des vergangen 1547 jars verlessen. Auß Behemischer in Deutsche sprach Transferiert, vnd Gedruckt. 1548. *Hæc in fronte fol. 1 a.* — *In fine:* Gedruckt vnd vollendet in der Künigelicken (*sic*) Klainern Stat Prag, — Durch Bartholom. Netholitzky 1548. *Q. 247.*

Acta Colloquii in Comitiis Imperii Ratisponæ Habiti, Hoc Est Articuli de religione conciliati, et non conciliati omnes, ut ab Imperatore Ordinibus Imperij ad iudicandum, et deliberandum propositi sunt. — Et quædam alia, — Per Martinum Bucerum. Argentor. 1541. *Q. 36.*

Acta Concordiæ. Das ist: Was sich in dem Tractat vnnd Handel der Concordien oder vereinigung zwischen dem Herrn Luthero vnnd den Euangelischen Stetten in Schweitz, vber dem streit deß heiligen Nachtmals Christi, vom sechs vnnd dreyssigsten biß in das acht vnnd dreyssigst Jar, nach dem Marpugischen vertrag, in schrifften vnd widerschrifften, auch sonst verloffen, vnd warauff die Concordi entlich bestanden sey, etc. Item, Ob vnnd wie johannis Caluini Lehr, die sie vor zeiten geführt, vbereinstimme. Heidelb. 1575. *Q. 9.*

Acta Consistorii publice exhibiti A S. D. N. Gregorio Papa XIII. Regum Iaponiorum Legatis Romæ, Die XXIII Martii. M. D. LXXXV. Pragæ. Michael Peterle. 1585. *Q. 257.*

Acta Des Colloquij, zwischen den Würtenbergischen Theologen, vnd D. Ioanne Pistorio, zu Baden gehalten. Tübingen. Georg. Gruppenbach. 1590. — *P. V. a R.* *Q. 102.*

Acta Et Canones Sacrosancti Primi Oecumeniei Concilii Nicæni. Dilingæ. 1572. *Vide* **Pisanus,** *Alphonsus.* — *P. V. a R.* — *O. 33.*

Acta in Conventu Ratisbonenſi, *cum præfat. Joh. Melanchthon.* Vitebergæ. Joſephus Klug. 1541. *Q. 36.*

Acta Oecumenici Concilij, — de Coena Domini. Tubingæ. 1581. *Vide* **Schroppius.** *Q. 38.*

(Actiones)

Actiones Duae Secretarii Pauli Papæ, huius nominis IIII. Quarum Altera Disputat an Concilium Tridentinum ſit inſtaurandum. Altera Vero An Vi Et armis Decreta ipſius Concilij poſsit Proteſtantibus imperare. Acceſſit Tertia, Qua utrunque caput complectitur, ac deſinit, Concilium non poſſe inſtaurari, Nec Papam tanta esſe potentia, ut poſsit Decreta ui imperare. Pfortzheimiæ. Corvinus. 1559. *O. 53.*

(Ad)

Ad frivolas calumnias, et cavillationes ſophiſticas Danielis Hoffmanni Doctoris Theologiæ. Reſponſio Miniſtrorum Eccleſiæ Bremenſis. — Bremæ. Theod. Gluichſtein. 1584. *O. 141.*

Adler, Casparus, seu **Aquila.**

Von Almoſengeben, Ein Sermon M. Caſpers Adler etc. mit D. Mart. Luthers Vorrede. Wittemberg. MDXXXIII. *Hæc intra orn. marg. In fine:* Gedruckt zu Wittemberg durch Nickel Schirlentz. — *Char. goth. cum sign. et cust.* — *P. V. a R.* *Q. 59.*

Van Almiſſen geuen, Ein Sermon mit D. Mart. Luth. Vörrede. *In fine:* In der Keiſerliken Stadt Lübeck by Iohan Balhorn gedrücket, Im Jare 1551. *O. 114.*

Eyn ſehr hoch nötige Ermanung, an das kleine blöde verzagte Chriſtlich heufflein, das ſie in dieſem erſchrecklichem vnd letzten theil der zeit, Gottes ewig Wort frölich bekennen ſollen, Widder des Teuffels Finſternus (*sic*), Lügen vnd Mord, geprediget. Erffurdt. Geruaſius Sthürmer. 1548. — *P. V. a. R.* *Q. 20.*

Wider den ſpöttiſchen Lügner vnd unuerſchempten verleumbder M. Iſslebium Agricolam. Nötige verantwortung, vnd Ernſtliche warnung, wider das Interim. Apologia M. Caſparis Aquilæ — —. *Sine loco.* 1548. *Vide* **Interim.** — *P. V. a R.* *Q. 20.*

Admirabile)

Admirabile magnum et nouum a doctore quodam rectiſſime collectum Annõ dni. M. D. X. quo improbiſſimi Iudei qui ſub Marchione imperij electore moram trahunt ſacroſanctum ac venerabile ſacramentum ſibi a peſſimo quodam Chriſtiano et ſacrilego

comparatum per fummam contumeliam perforauerint confregerint Chriftumque denuo crucifixerint. *Imago Salvatoris crucifixi, lign. excisa. Infra:*

Venditur hic iterum Chriftus. funditque cruorem
Que nouitas totum venit vulganda per orbem.

Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. eodem b: Ortwini Gratij Colonie bonas litteras docentis contra maledictum Iudeorum genus Epigramma, *in cujus fine:* Iudeus eft humana beftia. *In fine fol. ult. a:* Colonie ex operario Henrici de Nuffia. *Fol. eodem b: Figura xylogr., sistens virum et foeminam, qui virum nudatum fune, circum collum ejus voluto, suspendere student. Juxta videntur craticula, rogus ardens, falx et pala. Char. goth. cum sign. A, fol. 4. — C. O. S. J. Q. 281.*

(**Admonition**)

Admonition a ceux qui font tombez, C' eft a dire, ceux qui pour euiter le danger de la perfecution ont abandonne la profeffion de l' Euangile, pour retourner aux fuperftitions de la Papauté. *Sine loco.* 1571. *O. 234.*

Adonis, Archiepiscopus Viennensis.

Breviarium Chronicorum Ab Origine Mundi ad sua ufque tempora, id eft, ad regnum Ludouici Francorum regis cognomento Simplicis, An. Domini 1333. Bafil. Petr. Perna. 1568. *O. 374.*

Adrichom, Delphus, Christianus.

Ierufalem, Sicut Chrifti Tempore Floruit, Et suburbanorum, infigniorumque hiftoriarum eius breuis defcriptio. Simul Et Locorum, Quae Iefu Chrifti et fanctorum paffione geftisque decorata funt, fuccinctus commentarius: per omnia cyfrarum numeris fuæ nunc æditæ (*sic*) et ad viuum expreffæ topographicæ deliniationi conformis ac refpondens. — Colon. Agripp. Godefr. Kempenfis. 1584. *O. 382.*

(**Adventoria**)

Adventoria, Serenisfimo Auftriæ Archiduci Ernefto, Cum Pro Rege Catholico Belgium adminiftraturus peteret, atque in itinere, R:mo et Illmo Principe Iulio Herbipoli, apparatu perquam magnifico, ineunte Decembri, Anno 1593 exciperetur, Gratulationis, fauftæque precationis ergo, a ftudiofa Collegij Societatis Iefu iuuentute confcripta. Herbipoli. E typographia Georg. Fleifchmanni. 1593. — *C. O. S. J. Q. 283.*

(Advertissement)

Advertisfement aux Catholiques fur l'arreft de la Cour de Parlement de Paris. En la caufe de Jean Chaftel qualifiè Efcbolier, eftudiant au College des Iefuites. Duey. 1595. *O. 240.*

Aeder, Georg. Vide **Eder.**

Aegesippus. Vide **Hegesippus.**

Aegidius Romanus. Vide **Columna** Aegidius de.

Aelianus.

De inftruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum: a Theodoro Theffalonicenfe latinum factum et Antonio Panormitæ Alphonfi Regis præceptori dicatum. Bononiæ 1496. *Vide* **Frontinus.** *F. 343.*

Aemilianus Cimbrius. Vide **Haemilianus.**

Aemilius Probus. Vide **Cornelius Nepos.**

Aeneas (seu **Eneas**) **Silvius** (seu Sylvius), Picalumineus, Piccolomini, postea Pius II Papa.

Abbreuiatio Pii Pont. Max. fupra Decades Blondi ab inclinatione Imperii vfque ad tempora Joannis vicefimi tertii Pont. Max. *Cum sign. AA—FF. Sine loco et anno* (*Venetiis. Panzer IV. 455. 2835*). *F. 343.*

Pii II. Pon. M. Afiae Europaeque elegantifs. defcriptio, mira feftiuitate tum ueterum tum recentium res memoratu dignas complectens, maxime quæ sub Frederico. III. apud Europeos Chriftiani cum Turcis, Prutenis, Soldano, et cæteris hoftibus fidei, tum etiam inter fefe uario bellorum euentu commiferunt. Cum Privilegio Imp. ad quadriennium. Anno dni 1531. *Hæc in fronte fol. 1 a cum orn. marg. — Fol. 2 a:* Index operis, *continens fol. 6. — Fol. 9* (I) *a sequitur:* Pii II. Pontificis Maximi — Præfatio. *Char. rom. cum sign. et fol. num. arab. 499. Fol. 8 deest.* *O. 532.*

Cofmographia Papæ Pii. Afia Papæ Pii: Hiftoriam rerum ubique geftarum cum locorum defcriptione complectitur. Europa Pii Pontificis noftrorum temporum uarias continens hiftorias. Bohemicæ Hiftoriæ Papæ Pii Libri. V. ad Alphonfum regem. Pogii Florentini Epiftola ad Leonardum Aretinum de morte Hieronymi

Hus Bohemi. *Hæc in fronte.* — *In fine:* Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno Dni. M. D. III. Die. IX. Menſis Ianuarii. Cum Privilegio. *Char. rom. cum sign. Q. 276.*

Europa Pii Ponti. Maximi noſtrorum temporum uarias continens hiſtorias. *Hæc in fronte. Præcedit præfatio editoris Mich. Christan de Constantia ad Ottonem Episc. Constantiensem. In fine:* Cum Gratia Et Privilegio. Impreſſum Venetiis per Otinum papienſem de luna. anno a natiuitate domini. M. cccccı. menſiſ (*sic*) ianuarii die decimonOno. *Char. rom. cum sign. et fol. num. rom. Q. 276.*

Bohemicæ hiſtoriæ Papæ Pii Libri. V. ad Alphonſum regem. Situm totius prouinciæ: moreſque Bohemorum: uariaſque eorum hæreſes atque hiſtorias elegantiſſime deſcribit. Quo anno Aeneas Siluius Piccolomineus Senenſis ſanctæ Sabinæ Cardinalis hiſtoriam hanc Bohemicam edidit: aſſumptus eſt ad ſummum pontificatum: et nominatus Pius Secundus: — M. cccc. lviij. In præſenti hiſtoria certat rerum uarietas, ac magnitudo cum ſcribentis candore atque grauitate. Poggii Florentini — Epiſtola — de morte Hieronymi Hus: Qui ob hæreſim a concilio Conſtantiæ celebrato damnatus eſt: et igni combuſtus. *Hæc in fronte.* — *Fol. 80 a:* Explicit Hiſtoriæ Bohemicæ Papæ Pii Libri quinti. Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus. Anno a Natiuitate Dni. M. D. III. Die XVI. Menſis Decembris. Regnante Sereniſſimo: Ac Illuſtriſſimo Leonardo Lauredano. Venetiarum principe. Cum Gratia Et Priuilegio. — *Sequitur:* Epiſtola Elegantiſſima Pogii (*sic*) Florentini uiri Eloquentiſſimi ad Leonardum Aretinum uirum clariſſimum de morte Hieronymi Hus Bohemi. *Char. rom. cum sign. Q. 276.*

De Bohemorum et ex his Impp. Rom. aliquot origine ac gestis — Hiſtoria. Hanoviæ 1602. *Vide* **Rerum Bohemicarum** *Antiqui Scriptores. F. 368.*

Aeneæ Silvii Senenſis de Bohemorum origine ac geſtis hiſtoria, uariarum rerum narrationem complectens. Cui nunc primum copioſus accesſit index, quo facilius ſtudioſo lectori ſit obuiam, quicquid de unaquaque re, cuius in hoc libello ſit mentio, ſcire deſiderat. Coloniæ apud Heronem Alopecium Anno M. D. XXIIII. Menſe Octobri. *Hæc in fronte fol. 1. a. cum orn. marg.* — *In fine:* Excuſum Coloniæ Agrippinæ apud Heronem Alopecium, Anno. M. D. XXIIII. Menſe Octobri. *Char. rom. cum sign., cust. et pag. num. arab. 189. O. 140.*

Enee Siluij. Senen. Cardinalis Scte Sabine Hiſtoria bohemica. Notabilis et Jocunda. A principio gentis. Vſque ad Georgium poggiebracium. Ladiſlai Regis ſucceſſorem. porrecta. Ad Jlluſtriſſimum dnm Alfonſum Regem Aragonum conſcripta. *Hæc in fronte fol. 1 a.* — *Fol. 2 a:* Prefacio Enee Siluij Tytuli Sce Sabine. —

Fol. 8 a, col. 1: Explicit prefacio. Jncipit hyſtoria bohemica. — *Fol. penult. b, col. 1:* Preſentis operis compilator eſt dnus Eneas Siluius: poeta laureatus. natione et epiſcopus Senenſis sancte Sabine: cardinalis. poſtea ad apoſtolatum promotus: et Pius papa ſecundus appellatuſ (*sic*). Compilaueuerat (*sic*) autem circa annum dni Milleſimumquadringenteſimumquinquageſimumſeptimum. quo adhuc ſupererat et regnabat Georgius poggiebracius. rex sextuſdecimus et dux bohemie. ab initio gentis quadrageſimuſquartus. Aduerſus quem crucem predicari propter huſſitarum inſaniam, qua infectus fuerat Pij ſucceſſor Pauluſ (*sic*) papa ſecundus paterna ſollicitudine decreuerat. *Col. eadem:* Regiſtrum, *in cujus fine:* Explicit Regiſtrum. *Char. goth. cum sign., col. 2, lin. 38, fol. 59. — C. O. S. J.* *Q. 40.*

Hiſtoria Bohemica. *In fine:* Impreſſoribus Magiſtris Iohanne Nicolai Hanheymer de Oppenheym et Iohanne Schurener de Bopardia. Rome Anno — M. CCCC. LXXV. Die x. menſis Ianuarii. — Sedente Clementiſſimo Sixto Papa Quarto. Anno eius foelici Quarto. — —. *Char. rom., sine sign., cust. et pag. num.; fol. 72. Fol. (dupl.) 344. 399.*

Kronyky Dwe *etc. Hoc opus, lingua Bohemica conscriptum, editori liceat sermone Germanico inscribere:* Zwei Chroniken über die Gründung des Landes Böhmen und dessen alte Bewohner, und über die Fürsten und Könige Böhmens und ihre Thaten. Die eine von Aeneas Sylvius in lateinischer Sprache verfaßt und vor 78 Jahren ins Böhmische übertragen und in Prag gedruckt. Die zweite von Martin Kuthen von Kuttenberg auch zu Prag herausgegeben vor 46 Jahren. Nun aber beide zu Nutz und Frommen aller Böhmen aufs neue berichtiget, erneuert und in ein Buch gebracht durch die Muhewaltung und auf Kosten des M. Daniel Adam von Weleslawjn. — Im Jahre des Herrn 1585. — *In fine:* Gedruckt und vollendet wurde diese Chronik in der Altstadt Prags von M. Daniel Adam von Weleslawjn. Im Jahre des Herrn 1585. *Q. 249.*

Epistolæ. Præcedit Registrum, fol. 5. Hoc excipit fol. 6 b: Preconizatio Enee siluij poete laureati. — *Fol. 7 a incipiunt Epistolæ. — Fol. 231 b sequitur:* Tractatulus de educatione liberorum. — *In fine:* Pii ij pontificis maximi cui ante summum epiſcopatum primum quidem imperiali ſecretario: tandem epiſcopo deinde cardinali ſenenſi. Eneas ſiluius nomen erat; familiares epiſtole ad diuerſos in quadruplici vite eius ſtatu tranſmiſſe: Jmpenſis anthonij koberger nuremberge impreſſe. finiunt XVI kls auguſti: anno ſalutis chriſtiane etc. M. cccclxxxvj. *Char. goth. cum sign., fol. 245. — C. O. S. J. —* *Q. 300.*

Epistolæ. Præcedit Registrum cum hac inscriptione: Numerus et ordo epiſtolarum in hoc opere contentarum, *fol. 5. — Fol. 6 a incipit:* Epiſtola prima. — *Fol. 231 a sequitur:* Tractatus de educatione liberorum per Eneam ſiluium editus ad ladiſlaum nobiliſſi-

mum hungarie et bohemie regem. — *Char. goth., sine sign., cust. et pag. num, lin. 50—53.* *F. 437.*

Not. Exemplar nostrum, et in initio et in fine mucore laceratum, concluditur Epistola 31 ejusque capitulo ultimo, quod inscribitur: Quid eligendum sit et quid fugiendum puero. *Desunt itaque Epistolæ 32 et 33. Quæ restant folia sunt numero 243. In Registro vetere Templi Cathedr. Strengn. legitur Norimb. 1481. Cfr. Panzer II 188. 92.*

Ode Saphica Hendecasyllabis tribus, quarto Adonico trimetro. Aeneæ Siluii Poetæ Laureati de Passione Christi. Viennæ 1510. *Vide* **Vallibus** *Hieron. de: De J. C. passione.* *Q. 282.*

Aepinus, Joannes.

Liber de Iustificatione hominis. Operibus legis. Fidei iusticia et origine Fidei discrimine et uirtute. Notis et signis iustificantis fidei et hominum iustificatorum. Imbecillitate et peccatis sanctorum. Discrimine peccatorum. Præmijs fidei et bonorum operum. His Addita Est Confutatio argumentorum, quæ ab adversarijs opponi solent iustificationi fidei. Francof. Ex Officina Pet. Brubachij. 1551. *O. 49.*

Aeschines.

Oratio contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione. Venet. 1485. *Vide* **Cicero:** *De Oratore c. comment. — Loniceri.* — Norimb. 1497. *Vide* **Cicero:** *Tulius De Oratore.*

F. 315; 431. 436.

Aesopus, s. Esopus.

Aesopi Phrygis, Et Vita ex Maximo Planude desumpta, et fabellæ iucundissimæ: quarum interpretes hi sunt: Guilelmus Goudanus — — Laurentius Abstemius, Rimicius. Index omnes fabulas indicabit. *Hæc in fronte cum orn. marg. — Fol. 4 b:* **Martinus** Dorpius (*Editor*) Iohanni Leupe, Iacobo Papæ, et Iohanni Niniuitæ eruditissimis in Flandria ludimagistris S. — *Pag. 73 incipiunt:* Laurentii Abstemii Viri Elegantissimi et amoeni ingenij, fabulæ elegantissimæ, nuper per clarissimum poetam et philosophum Gargetium emaculatæ. *Finiunt illæ pag. 124. — Pag. 126 incipiunt:* Aesopi Fabulæ (*Laurentio Vallensi interprete*). — *In fine (pag. 190):* Petri Aegidii Antverpiani hendecasyllabon ad lectores. — *Fol. ult. a: Fig. xylogr., repræsentans Equitem. — Fol. verso: Icon Aesopi cum leone colloquentis. Char. rom. obliqu. cum sign. et pag. num. arab.* — *O. 92.*

Aesopi Phrygis Fabulæ quarum interpretes hi sunt. Guil. Goudanus — — Rimicius. Item Vita Aesopi ex Max. Planude. Ingolst. Bauariæ. Alexander Weyssenhorn. 1545. — *P. V. a R.*

O. 406.

Esopus moralisatus cum bono commento. *Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. eodem b:* (G) Recia disciplinarum mater et artium inter ceteros quos mundo tulit sapientes vnum edidit memorie dignum Esopum nomine —. Liber igitur iste primo grece conscriptus est ab Esopo. Post hoc a romulo imperatore romano ad instruendum Tibarium filium suum in latinum venit. Deinde rex anglie Afferus in anglicam linguam eum transferri precepit. — *In fine:* Finit Esopus fabulator preclarissimus . cum suis moralizationibus ad nostri instructionem pulcerrime appositis. Impressus Anno salutis. M. cccc. lxxxix. decimo Kalendas Augusti. — *Char. goth. cum sign. A—E. — C. O. S. J. —* *Q. 280.*
Not. Exemplar nostrum continet 32 folia. Cfr. Panzer IV. 48. 385; Ebert I. 22. 235.

Esopi Vatis Ingeniosissimi fabulæ adamussim moralisatæ: commentariolo et familiari cum glossemate nuper elimatius exaratæ:

Liber De Se.

Quas dedit humanæ facies tibi maxima vitæ
Græcia septenis vatibus: ipse dabo.
Et salibus picta vario discrimine testa
Virtutis sapidam casta iuuenta nucem.

Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. eodem b: Registrum contentorum in hoc libello. *In fine:* — A quo nos liberare dignetur: qui trinus et vnus regnat in sæcula sæculorum. Amen. ANN. M. D. XIII. — *Char. rom. cum sign. et fol. num. rom. 74.*
Q. 353.

Fabulæ ex græco in latinum per Laurentium Vallam — uersæ. Venetiis 1499. *Vide* **Abstemius.** *Q. 239.*

Fabule Esopi, *Hadriano Barlando interprete.* Aug. Vindel. 1515. *Vide* **Isocratis** *ad Demonicum Paranesis.* *Q. 259.*

Fabellæ Quædam Aesopi Græcæ ad puerilem educationem in Gymnasio Argentoratensi selectæ. Ihenæ. 1558. *Vide* **Educatio Puerilis.** *O. 398.*

Fabulæ. Lipsiæ, s. a.; Argentor. 1516. Vide **Fabularum,** *Quæ hoc libro continentur.* *O. 403; Q. 259.*

Aesquillius.

Ein Sendbrieff von dem tode Pauli des dritten Bapsts dieses namens, Item was jhm nach seinem tode begegnet ist —. *In fine:* Geben zu Rom, am XI. tag Nouemb. Anno, etc. M. D. XLIX. Impresfum ex alio jam alibi impresso exemplari, quod erat uersum ex latino Placentiæ excuso. *Q. 14.*

Aetius.

Aetii Sermonum Tomus secundus. Venet. Ex Officina Farrea. 1544. *O. 503.*

Agapetus Diaconus.

Opuſculum —: de officio regis: ad Iuſtinianum Cæſarem. *Græce.* Venet. Zachar. Calliergi. 1509. *O. 443.*

Agathius, s. Agathyas, s. Agathias.

De Bello Gotthorum, et alijs peregrinis hiſtorijs temporum ſuorum, Per Chriſtophorum Perſona (*sic*) Romanum e græco in Latinum traductus. Cum privilegio Imperiali. *Hæc in fronte fol. 1 a, intra orn. marg. et cum anno M. DXVIII. — Fol. eodem b: Epistola Aegidii Rem. (editoris) ad Ioan. Celer. — Fol. 2 a incipit:* Liber Primus. — *In fine:* Auguſtæ Vindelicorum in officina Sigiſmundi Grimm Medicinæ doctoris, atque Marci Vuirſung, Anno a partu virgineo. M. D. XIX. Die. xx. Menſ. Septemb. *Char. rom. cum sign. — C. O. S. J. Q. 316.*

(**Agenda**)

Agenda cærimonialia Secundum ritum Cathedralis Eccleſiæ Olomucenſis: ad vſum eiuſdem Dioeceſis. Cracoviæ. In Officina Typogr. Lazari. 1586. — *Card. a Dietr. F. 527.*

Agenda. Das iſt, Kirchenordnung, wie ſich die Pfarrherrn vnd Seelſorger in jren Ampten vnd dienſten halten ſollen, Für die Diener der Kirchen in Hertzog Heinrichen zu Sachſſen. V. G. H. Fürſtenthumb geſtellet. — Leipzig. Hans Rhambaw. 1564. *Q. 413.*

Agricola, Georgius.

Georgii Agricolæ Bermannus, Sive De Re Metallica. — *Ins. typogr.* Baſileæ, in ædibus Frobenianis. Anno M. D. XXX. *Hæc in fronte. — In fine, pag. 135 a:* Baſileæ, In Officina Frobeniana, Anno M. D. XXX. *Fol. eodem b: Ins. typogr. Char. rom. cum sign., cust. et pag. num. arab. O. 475.*

Agricola, Johannes, von Isleben.

Drey hundert Gemeyner Sprichworter (*sic*), der wir Deutſchen uns gebrauchen, und doch nicht wiſſen woher ſie kommen, durch D. Iohann. Agricolam von Jßleben, an den durchleuchtigen, hochgebornen, — Herrn Iohann. Fridreich, Hertzogen zu Sachſen etc. geſchriben, erklert, vnd eygentlich außgelegt. *Hæc in fronte fol. 1 a: — In fine:* Gedruckt zu Haganau durch Johannem Setzerium, ym iar nach der geburt Chriſti, M. D. vnd xxix. *Char. goth. cum sign., cust. altern. et fol. num. arab. — P. V. a R. O. 336.*

Epiſtola S. Pauli ad Titum, Iam Recens per Iohannem Agricolam Scholijs nouis illuſtrata, ac multis in locis locupletata. Item

Dispositio orationis, in Epistola Pauli ad Romanos, in qua totius disputationis series breuiter ostenditur, Philippo Melanchthone Authore. Item (*M. Lutheri*) Enarratio quædam in Psalmum LXXXII. pia et luculenta, et docta, omnium lectione, et cum primis uero Principum dignissima. Haganoæ apud Iohannem Secerium. Anno M. D. XXX. *Hæc in fronte.* — *Acc. fol. 126:* **Vincentii Obsopæi,** Paraphrasis in Psalmum XXV. Ad te leuaui animam etc. — *In fine:* Haganoæ, per Iohannem Secerium. Anno M. D. XXX. Mense Septembri. *Ins. typogr.* *O. 28.*

Agricola, Rodolphus, Phrisius.

Rodolphi Agricolæ Phrisii, Viri Vtriusque Literaturæ Peritissimi, Nonnulla Opuscula. Quorum catalogum proxima pagella reperies. *Hæc in fronte fol. 1 a cum orn. marg.* — *Fol. 2 a:* Epistola dedic. Petri Aegidii Anverpiani (*editoris*) ad Martinum Dorpium. — *Fol. 3 a:* Rodolpush (*sic*) Agricola Rodolpho Langio Salutem. *Hanc epistolam excipit:* Axiochus Platonis De Contemnenda Morte, Rodolpho Agricola Interprete. — *In fine:* Opusculorum Rodolphi Agricolæ Finis. Basileæ, Apud Andream Cratandrum, Et Servatium Cruslanum, Mense Octobri, Anno M. D. XVIII. *Char. rom. cum sign. et fol. num. arab.* — *C. O. S. J.* *Q. 232.* *Not. Folia 1—4 numeros habent paginarum, cetera foliorum.*

De Inventione Dialectica libri tres, cum scholijs Iohannis Matthæi Phrissemij, et marginalibus annotationibus nunc auctis passim ac recognitis, sublatis etiam multis erroribus, qui cum in Rodolpho ipso, tum etiam in scholijs hactenus animaduersi non fuere. — Coloniæ ex officina Eucharij Ceruicorni. M. D. XXXVIII. *O. 507.*

Epitome Commentariorum Dialecticæ inuentionis Rhodolphi Agricolæ. *Ins. typogr.* Per Bartholomæum Latomum Arlunensem. Annotatiunculis prius non æditis (*sic*), mirum in modum illustrata. 1538. — *In fine:* Lipsiæ Ex Officina Michaelis Blum. Anno a restituta salute. M. D. XXXVIII. Idib. Aprilis. *Char. rom. cum sign. cust. et pag. num. arab.* *O. 522.*

Agrippa, Henricus Cornelius, ab Nettesheym.

De occulta Philosophia Libri Tres. 1533 Mense Julio. (*Coloniæ. J. Soter. Ebert*). *Obs. pag. 19 lin. 36:* cuiuis; *pag. 198 lin. 9:* diuinatio, *lin. 33:* protulisse, *lin. 38:* formans. *Cfr Ebert I. 27. 283.* *F. 322.*

Ein sendtbrieff an Burgermeister vnnd Rath der stat Cöln, wider die Sophisten, des Strengenn Ritters vnd hochgelerten doctors Henrici Cornelij Agrippe, newlich verdeütschet. Im iar 1538. *Obs. Finis Exemplari nostro deest.* *O. 404.*

Henrici Cornelii Agrippæ Armatæ Militiæ Equitis Aurati, et vtriusque Iuris Doctoris, in Artem Breuem Raymundi Lullii, Commentaria. Salingiaci Iohannes Soter excudebat, Anno M. D. XXXVIII. *Hæc in fronte.* — *In fine:* Commentariorum Henrici Cornelii Agrippæ, in artem breuem Raymundi Lullii Finis. *Char. rom. cum sign.* *O. 345.*

Johann Boschenstain Hebrayscher zungen Lerer, wünschet allen tantzern vnd tantzerin, ein schnell umbkeren am Rayen, ein keüchend hertze, müde füß, trübe augen, schweißsiges (*sic*) angesicht, mit vil unseligen gedancken vnnd vnrii (*sic*) jres gemüts, Got bekere sy von jrer thorheit. *Fig. xylogr., repræsent. saltationem.* M. D. XXXIII. *Hæc in fronte fol. 1 a.* — *Fol. 4 a:* Hienach volget des hochgelerten Herren, Herren Heinrich Cornelij Agrippe beschreibung, des Tantzens vnd seyner früchte. *Fol. verso:* Henricus Cornelius Agrippa von den Rayen vnd Tentzen. *In fine:* Gedruckt zü Augspurg durch Heynrich Steyner, M. D. XXXIII. *Char. goth. cum sign. et cust., fol. 6.* — *P. V. a B.* *Q. 59.*

Aillaco, Petr. de. Vide **Alliaco.**

(Ain)

Ain groß wunderbarlich zaichen vnd gesicht, so am hellen himel nach mittag, inn der Marggrafschafft Leüßnitz, von vil glaubwirdigen vom Adel vnd andern gesehen ist werden, wie volget. M. D. XXXVI. *Hæc in fronte.* — *In fine:* Obgemelte Erbare glaubwirdige leüt, werden das allenthalben, wie oben gemelt, —, gnügsamlich beschaiden. *Sine loco.* *Q. 313.*

Ain kurtzer anzayg, wie Do. Martin Luther ain zeit hör, hatt etliche schriften lassen außgeen, vom Sacrament, die doch stracks wider ainander, wie wirt dann sein, vnd seiner anhenger Reych bestehen. Matthei 12. Eytelhanns Langenmantel. *Hæc in fronte fol. 1 a cum orn. marg.* — *In fine:*

Die warhait, man nit leyden mag,
Man predig vil, sing oder sag.

Char. goth. cum sign., fol. 6. Sine loco et anno. *Q. 107.*

Ain kurtzer vnd ainfaltiger vnderricht, wie die kinder das Vatter vnser, den Glauben, die Sacramenta, vnnd die Zehen gebott Gottes versten söllend (*sic*). So dann geübt wirt an der kinder predig zü Lindow. Constantz by Greger. Mangolt. *Sine anno.* *O. 111.*

Ain schöner Dialogus. *Hunc titulum, in fronte positum, et figura xylogr. ornatum, hi versus sequuntur:*

Cüntz vnnd der Fritz
Die brauchent wenig witz.

Es gildt vmb sy ain klains
So seinds der sach schon ains.
Sy redent gar on trauren
Vnd seynd güt Lutrisch bauren.

Char. goth. cum sign. A, fol. 4. Sine loco et anno. — P. V. a R. *Q. 169.*

Ain schöner Dialogus wie ain bawr mit aim frawenbrüder münch redt, das er die Kutten von jm würfft, vnd dem Münch arbayt zügeben, lustbarlich vnd lieblich zü lesen. M. D. XXV. *Hæc in fronte fol. 1 a cum orn. marg. Char. goth. cum sign. A. fol. 8. — P. V. a R.* *Q. 311.*

Ain schön kurtzes vnd lieplichs auch bewaerts buechlin (*einhaltend*) ainen behenden, vnd gemainen begriff aller wunden, stichen, schlegen, wurffen etc. kunstlich ret vnd hilff zü thün mit geringem lichten kosten nach d'lere deß hoch berumbten maisters vnd doctors Johanni (*sic*) Karethani vß tutschem land purtig. *Hæc in ipso textu fol. sign. a 111 occurrunt. Titulus enim exemp. nostro deest. In fine fol. ult. a:* Got sey lob. *Ins. typogr. Char. goth. cum. sign. et fig. xylogr.* *Q. 227.*

Ain schöner newer paßsion. *Hæc in fronte fol. 1 a. — In fine:* Sy werden sehen in welchen sy gestochen haben. *Char. goth. cum sign. A., fol. 4. Sine loco et anno. — P. V. a R.* *Q. 169.*

Alanus ab Insulis.

Doctrinale altum seu liber Parabolarum Alani metrice conscriptus cum sententijs et metrorum expositionibus. vtilis valde ad bonorum morum instructionem. *Hæc in fronte cum imagine præceptoris, pueros duos docentis, et verbis:* Accipies tanti doctoris dogmata sancti. — *Fol. verso incipit:* Prohemium, *quod fol. 2 b explicit. Deinceps sequitur* Capitulum primum. — *In fine:* Doctrinale altum parabolarum Alani cum glosa finit feliciter. — *Char. goth. cum sign. a—e, fol. 28.* *Q. 301.*

Alberinus, Claudius.

De Fide Catholica Apostolica Romana, Contra Apostatas omnes, qui ab illa ipsa Fide defecerunt, Orationes Apodicticæ VI. Quibus Epistola Pauli Apostoli ad Romanos scripta Catholice exponitur. Lausannæ. I. Chiquellæus. 1587. *O. 268.*

Albertanus, Causidicus Brixiensis.

Albertani moralissimi opus de loquendi et tacendi modo: nec non et d' quamplurimis notatu dignissimis in quo Mirifice aureeque sententie et virorum documenta celeberrima cum omnium prudentium maxima utilitate aperiuntur. — *Hæc in fronte fol. 1 a.* —

Fol. 2 *a:* Tabula, *quæ terminatur fol.* 3 *b.* — *Post folium interjectum vacuum:* Jncipit Liber — ſuper modo loquendi et tacendi. — *Fol. num.* 25*:* Jncipit Liber primus de amore et dilectione dei et proximi: et de forma vite eiuſdem domini Albertani. — *In fine:* Jmpresſum Cuneij per Magiſtrum Uiotum de dulcis. Anno 1507. die 4 Decembris. — *Char. goth. cum sign. et fol. num. arab.* — *Card. a Dietr.* *F.* 577.

Albertus, s. **Alberthus** de Padua.

(R) Egiſtrum ordine alphabetico collectum in ſermones quondam venerabiliſ (*sic*) ac egregii viri magiſtri alberthi d' padua. fratris heremitarum ordinis sancti Auguſtini. feliciter incipit. — *Hæc in fronte fol.* 1 *a.* — *Fol.* 11 *a:* Finit regiſtrum. — *Fol.* 12 *a:* Prologus Incipit ſolemne opus expoſitionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magiſtri Alberti de Padua ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini Cum concordancia quatuor euangeliſtarum in paſſionem dominicam. *Fol. eodem b:* Explicit prologus, Incipit expoſitio prenarrata. Dominica prima de aduentu. — *In fine:* Liber predicationum ſuper euangelijs dominicalibus. Et in precipuis feſtiuitatibus ſanctorum. Vlme impreſſus per Iohannem Zainer Anno domini. 1480. circa feſtum ſancti Viti. Finit filiciter (*sic*). — *Fol. sequ. a:* Incipit concordancia in paſſionem dominicam. ab egregio quodam viro magiſtro Nicolao Vinckelſpichel collectam, *fol.* 26, *in cujus concordanciæ fine legitur:* Deo gracias. — *Char. goth. sine sign., cust. et fol. num.* — *C. O. S. J.*
Q. 133.

Albertus Magnus.

Albertus Magnus de adherendo deo. *Hæc in fronte fol.* 1 *a.* — *Fol. eodem b:* Capitula. Liber Fratris Alberti Magni epiſcopi Ratiſponenſis ordinis predicatorum habet. XVI. capitula. — *Fol.* 2 *a:* Jncipit Liber Alberti Magni ordinis predicatorum De adherendo deo nudato intellectu et affectu et ultima et ſuprema perfectione hominis quantum poſſibile eſt. — *In fine:* Explicit tractatulus Alberti Magni ordinis predicatorum de adherendo deo. Uenetijs per Simonem de Luere — Anno dni. 1503. die. 14. Junii. Regiſtrum, *Char. goth. cum sign. et fol. num. arab.* 16. *O.* —

Liber ſecretorum Alberti Magni de virtutibus herbarum: et animalium quorundam. Eiuſdem liber de mirabilibus mundi: et etiam de quibuſdam effectibus cauſatis a quibuſdam animalibus etc. *Hæc in fronte char. goth. cum imagine viri laureati.* — *In fine:* Albertus magnus de ſecretis nature explicit. Finis. Impreſſum Venetiis per Io. Bap. Seſſa. Anno domini. 1502. Dies uero 12 Februarii. — *Char. rom. cum sign. et fol. num. arab.* 16. *Ins. typogr.* *Q.* 239.

Poſtilla in Euangelium beati Johannis ad inſtanciam ſummi pontificis pro exſtirpandis hereſibus tunc vigentibus rome lecta —. *Char. goth., col. 2, fol. 361. (Excus. circa annum 1470—1475, Panzer IV. 79. 20).* *F. 282.*

Scripta diui Alberti magni super I. II. III. IV. Sententiarum. Præcedit: Tabula copioſa in quattuor ſcripta Alberti magni Ratiſponenſis epiſcopi ſententiarum libros articulatim dilucidantia. — *In fine Libri quarti:* Opus diui Alberti Magni viri in omni eruditione excellentiſſimi — vltima lima correctum atque emendatum, feliciter finit. Anno dni etc. 1506. Ad lectorem epigramma. Abdita — — — habes. Soli deo gloria. *Sequitur* Index articulorum ſeu queſtionum. *fol. 6, in cujus fine:* Jmpreſſum Baſilee per magiſtrum Jacobum de Pfortzen Anno dni. 1506. xv. die Martij. *Char. goth. cum sign. col. 2.* *F. 588. 589.*

Scriptum tertium et quartum — super tertium et quartum ſententiarum. *Eadem editio ac præcedens F. 588. — Cath. Eccl. Olom.* *F. 587.*

Sermones xxxij. aurei venerabilis dni Alberti magni Epiſcopi Ratiſponenſis de ſacroſancto Euchariſtie ſacramento .·. *Imago Mariæ virginis cum infante et tribus viris orient. Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. 2 a:* Prologus. — *In fine fol. penult. a:* Expliciunt ſermones de ſacramento corporis et ſanguinis dni . a venerabili doctore Alberto magno editi. accuratiſſima quoque correctione cum inſertione ſermonis xxij, (qui in prius impreſſis defecerat) Colonie impenſis Henrici Quentell Jmpreſſi. Anno ſecundum dni M. cccc. xcviij. — *Fol. ult. a:* Tabula. — *Fol. eodem b:* Operis huius tabula finit feliciter. *Char. goth. cum sign.* *Q. 433.*

Sermones de Tempore et de Sanctis. Præcedit Regiſtrum in Sermones Alberti. magni de tempore et de ſanctis, *in cujus fine fol. 11 b:* Regiſtri finis. — *Fol. 12 a:* Prologus Sermonum de Tempore. — *In fine fol. 143 a:* Sermones de tempore Alberti magni per Johannem Zainer vlme impreſſi Finiunt feliciter. — *Fol. 144 a:* Jncipiunt ſermones de feſtis ſanctorum. — *In fine:* Sermones notabiles et formales magiſtri Alberti magni ordinis predicatorum de tempore et de ſanctis per totius anni circulum ac etiam bene regiſtrati ſecundum alphabeti ordinem. Jmpreſſi per Johannem Zainer in opido vlm finiunt feliciter. — *Char. goth. sine sign., cust. et fol. num., fol. 235, lin. 40, 41 in serm. de tempore, 41 in serm. de sanctis. Sine anno (Panzer III. 541). — C. O S. J.* *F. 254.*

Sermones de Tempore et de Sanctis. Præcedit Registrum, fol. 8. — Fol. 9 a: Incipiunt Sermones de tempore Alberti magni, *in quorum fine fol. 122 a:* Sermones de tempore Alberti magni per michahelem gryff In Rütlingen impreſſi. Finiunt feliciter. — *Fol. 123 a:* Incipiunt ſermones de feſtis ſanctorum. Et primo de

ſancto Andrea. — *In fine:* Sermones notabiles et formales magiſtri Alberti magni ordinis predicatorum de tempore et de ſanctis per tocius anni circulum ac etiam bene regiſtrati ſecundum alphabeti ordinem Impreſſi per michahelem gryff in oppido rütlingen finiunt feliciter. Deo gratias. — *Char. goth. sine sign., cust. et fol. num., fol. 198, lin. 43. Sine anno (Panzer II. 403. 43). Obs. Serm. de Sanctis in nostro Exempl. ante Serm. de Tempore positi sunt.* *F. 283.*

Prima pars Summe Alberthi magni: alias dicte: de mirabili ſcientia dei. Cum Directorio notabili ſententiarum ex omni fere genere ſcibili ſtudioſiſſime appoſito. *Hæc in fronte fol. 1 a. —. Fol. eodem b:* Jo. ſcotus Lectori. S. Albertus natione germanus — — Uale. Baſilee decima Aprilis Anno a natali chriſtiano M. CCCCCVII. — *In fine:* Prima pars Summe Alberthi magni: Finit. — *Sequitur:* Annotatio Tractatuum et Queſtionum etc., *fol. 3, quam excipit:* Directorium principalium ſententiarum in primam et ſecundam partes Summe Alberthi magni: alias dicte: de mirabili ſcientia dei, *fol. 25, in cuius fine:* Finis prime partis Directorij. *Char. goth. cum sign. et fol. num. rom. 201, fol. 229.* *F. 586.*

Prima Pars Summe Alberti Magni De Quatuor Coequeuis una cum ſecunda eius que eſt De homine. Venet. Jmpenſis Andree Torreſani de Aſula: arte vero Simonis de luere. 1498. *Char. goth. cum sign., cust. altern. et fol. num. arab — Card. a Dietr.* *F. 270.*

Summa naturalium. Francof. ap. Od. 1508. *Vide* **Lyntholez,** *Interpretatio.* *F. 447.*

Super mathei euangelium notulæ de feſto die epiphanie. 1477. *Vide* **Liber** *de gestis.* *F. 285.*

Albertus, Senior, Marchio Brandenb.

Receſsus —, cui ſine recuſatione, omnes et ſinguli Ditionis ipſius Parochi obediant. Promulgatus Konigspergæ, 24 Sept. Anno 1554. Regiomonte Pruſſiæ. In officina I. Daubmanni. *Q. 314.*

Albinus, Flaccus. Vide Alcuinus.

Albohazen, Haly.

Preclarissimus liber completus in iudicijs astrorum. — Præcedit fol. 1 b. Epistola Erh. Ratdolt ad Joannem de vverdenberg Pontificem Sacre basilice imperialis ciuitatis auguste. Sequitur fol. 2 a: Tabularum operis prohemium *cum ipsa Tabula, fol. 3. — In fine fol. 152 a:* Finit feliciter liber completus in iudicijs ſtellarum — — emendatus per dominum Bartolomeum de Alten de Nuſia — —. Jmpreſſus arte et impenſis Erhardi Ratdolt de Auguſta: regnante Johanne Mocenico duce Venetiarum Anno dominice incarnationis

dni. 1485. quarto nonas iulij Venetiis. — *Char. goth. cum sign., fol. num. et literis initial. lign. incisis.*

F. (dupl.) 506 (C. E. Ol.), 507.

Alciatus, Andreas.

Emblematum libellus, uigilanter recognitus, et ab ipſo iam authore locupletatus. Pariſiis apud Chriſtianum Wechelum, ſub ſcuto Baſilienſi, in uico Iacobeo: et ſub Pegaſo, in uico Bellouacenſi 1542. — *P. V. a R.* *O. 556.*

Alcuinus, Flaccus, seu Albinus.

Albini Theologorum Suæ ætatis doctiſſimi, in Eccleſiaſten Commentaria. *Palma Beb.* Baſileæ, ex officina Bebeliana M. D. XXXI. *Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. 2 a: Epist. dedic. Joan. Bebelij (editoris) ad Joannem Episc. Lincolniensem. Char. rom. cum. sign., cust. altern. et pag. num. arab. — P. V. a R.* *O. 56.*

De fide ſanctæ et indiuiduæ Trinitatis Libri tres. — a L. Losſio — Commentario illuſtrati. Francof. Chr. Egen. 1555. *O. 121.*

De trinitate Ac Myſteriis Chriſti, Alcuini Levitae Libri Tres. Sunt in his pleraque certo et clare definita, quæ hoc potiſſimum ſeculo, non ſine fidei contumelia, in dubium uocantur. D. Carolo Imperatori Dicati. Anno M. D. XXX. — *In fine:* Argentorati Apud Petrum Schefer, et Iohannem Apronianum, Socios. Kalendis Martiis M. D. XXX. *Char. rom. cum sign. et cust. — P. V. a R.*

O. 536.

Ales, Alexander de, seu **Alesius, Alensius, Hales.**

Epiſtola contra decretum quoddam Epiſcoporum in Scotia, quod prohibet legere noui Teſtamenti libros lingua vernacula. — *In fine:* Anno M. D. XXXIII. *Char. rom. cum sign.* *O. 100.*

Tractatus de Ludo Scacorum, seu de Moribus Hominum et Officiis Nobilium. — *Fol. 1 a, col. 1:* (E)Go frater Jacobus de Cessolis multorum fratrum ordinis noſtri et diuerſorum ſecularium precibus perſwaſus, dudum munus requiſitum negaui ut tranſſcriberem ſolacij ludum Scacorum videlicet regiminis morum ac bellum humani generis documentum Sane cum illum ad populum declamatorie predicaſſem, multisque nobilibus placuiſſet materia, honori eorum ac dignitati curaui aſcribere Monens eos ut fortunas ipſorum menti imprimant, ut ſic bellum ipſum et ludi virtutem cordetenus facilius poſſint obtinere Hunc autem libellum de moribus hominum et officijs nobilium ſi placet intytulari decreui et ut in eo ordinacius procedatur Ante ipſum capitulum prepoſui (*titulum*) ut quod in eo ſequitur plenius elucescat, Tractatibus autem quatuor opus ipſum lector eius notabit eſſe diſtinctum (T)Ractatus primus de cauſa invencionis ludi Scacorum (*capitula 3*). — Tractatus ſecundus de formis Scacorum nobilium (*capitula 5*). — (T)ractatus tercius de formis et moribus popularium (*capitula 8*). — (T)ractatus quartus de progreſſu et motu ipſorum (*capitula 8*). — *Fol. 19 b, col. 2:* (B)Reuiter inquantum poterimus omnia perſtringentes que ſuperius diximus dicimus hunc ludum inventum tempore Euilmoradach Regis babilonie eum autem invenit xerſes ſeu philometor philoſophus Cauſa autem quare ipſum inuenerit fuit regis Correccio *etc.* — *In fine, fol. sequ. a, col. 2:* Sit laus deo. *Folia sunt 20, col. 2, stilus pulcher, cum annotat. marg. Conradi Roggonis. Ex libris Birgeri Hamor, Canonici Strengenensis, donati anno 1481.* *F. min. 12.*

Cicero, M. Tullius.

Orationes. — *Folia 1—13 continent vitam Ciceronis.* — *Sequuntur:* Oratio C. Criſpi Salluſtii in Ciceronem et huius Reſponsio, Ciceronis Orationes in Catilinam (II. III IV. I), Pro Lege Manilia, Pro Annio Milone, Pro Cn. Plancio, Pro P. Sylla, Pro Archia Poeta, Pro M. Marcello, Pro Q. Ligario, Pro Rege Deiotaro, Pro Aulo Cluentio Avito (*ultima verba sunt:* aut pecunia teſtibus deeſſet aut ne forte ma(*ter*); *ceteram perorationem prætermisit librarius*), Pro P. Quintio, Pro L. Flacco, Ad Quirites Post Reditum. Post Reditum In Senatu, De Petitione Conſulatus Ad M. Tullium Fratrem, *Quinti fratris tractatus, qui integer est, et codicem claudit.* — *Folia sunt 143, primo, quod solum deest, non numerato, col. 1, cum annotat. marg. Hic codex, qui fuit Conradi Roggonis, sine dubio scriptus est in Italia ante annum 1460, et bene est scriptus.* *F. 7.*

Clementinae. Vide **Decretales.**

Collinus, Matthaeus.

Carmen ludicrum — in gratiam d. Abſolonis Lehen. *Vide* **Epithalamia.** *Q. 19.*

Compactata Iglaviensia (*).

Expoſitio Compactatorum quæ compactata habita ſunt Jglaviæ Marcomannorum Anno CIↃ. CCCC. XXXVI. III Non: Julij. Scripſit hanc Compactatorum expoſitionem propria manu Clariſs: Vir Dns Math: Collinus Pragæ. Commendant aduerſarij Compactata quæ Anno 1508, in die S. Laurentij ſub Rege Bohemiæ Wladiſlao habita (*sunt*). *Hæc in fronte fol. 1 a. — Fol. 2 a:* Cum fides Euangelica Vniuerſalis Eccleſiæ, de Communione ſacramentali ſub utraque ſpecie ſit ſufficientiſsime fundata et autoriſata Lege Chriſti, nunquam poſtulamus nobis hanc fidem et praxim eius a quoquam homine, aut Concilio, confirmari, dari, concedi et largiri, uel Autoriſari, imo nec optamus, nec uolumus *etc. — Fol. 3 b: —* Hæc facta ſunt in pleno Concilio Baſilienſi Anno Domi. j435. Cuius rei ſunt adhuc teſtes viui Anno domini j462. — *Fol. 10 b et 11 a:* — eciam ſi omnia Compactata obliuioni tradantur et deſinant *etc., quæ sunt ultima verba, a celeb. Dre Dudik allata (vide infra not.). — Fol. 11 b concluduntur Compactata his verbis:* Vbi eſt nunc os ueſtrum, ſic iam neceſse eſt ut concludatur aduerſarijs per uiam humanam, ex quo Scripturas contemnunt: Imo nec poſsunt cuiquam homini quicquam argui aut concludi in fide ſua niſi de lege ſua. — *Deinceps sequitur pag. eadem eodemque scriptore:* Ad reſponſa Papæ, quæ dedit nuncijs Regis Georgij *(Podiebrad)* Anno 1462. Primo ad illud Vbi de Communione Euangelica vocalis Eccleſiæ reſpondet dicens:

---

* Quum celeberrimus Professor B. Dudik hæc Compactata tanti æstimaverit, ut magnam partem de verbo ad verbum ea typis imprimenda curaverit in opere suo: "Forschungen in Schweden, Brünn 1852", et illi et rei consulere mihi videor, si menda quædam corrigam, quæ, quamquam maxima cura est ab illo adhibita, tamen propter festinandi necessitatem sunt exorta. — *Pag. 458, lin. 5 exstat* compactorum, *lege* Compactatorum; *lin. 8* aduersariy, *lege* aduersarij; *lin. 9 inf.:* quaquecunque, *lege* quia quæcunque. — *Pag. 459, lin. 9 inf. dele* et; *lin. 2 et 1 inf.:* praeter se, *lege* prætensæ. — *Pag. 461, lin. 2:* etiam, *lege* tamen; *lin. 10:* cedenda, *lege* credenda; *lin. 24:* dimitteremus — juxta, *lege* dimitteremur — circa; *lin. 2 inf.:* nullibi, *lege* nulli ibi; *lin. 1 inf.:* quod, *lege* quos. — *Pag. 462. lin. 11:* suspicium, *lege* suspirium; *lin. 19:* quo (?). *lege* quia *et pone post voc.* Euangelica *(lin. 21) comma pro commate cum puncto; — nam sententia videtur esse: Quia de uno, de uno tantum (Articulo), aliis dimissis, dicitur, nunc tantum (ironice) quatuor Articulorum difficultas ventilatur; — lin. 22:* sit pugnatum, *lege* sic pugnatum esset. — *Pag. 463, lin. 4:* hodie, *lege* et hodie; *lin. 8:* coruptela, *lege* coruptelæ *cum commate; lin. 18:* ualentissima, *lege* ualentissimæ; *lin. 12 inf.:* mala, bona, *lege* mala bona; — *Pag. 464, lin. 18:* haec Comunio esse, *lege* Hæc Comunio esset; *lin. 22:* hoc rehabemus, *lege* hac re habemus. — *Pag. 466, lin. 11 inf.:* quiuis (?), *sic pro* quæuis; *lin. 2 inf.:* quanta, *lege* quia, *nam abbrev.* qa *ubique est* = quia.

Satis hic articulus in Concilio Basiliensi est discussus, deinde magna synodus Constanciensis prius diffinierat, quia non licet à Consuetudine Ecclesiæ quæ Spiritu Sancto regitur recedere. Hæc ibi. — *Fol. ult. b*: Item Cum ex sentencia Papæ plene patet sumptionem Calicis cadere sub præcepto et necessitate, qualiter compatietur se hæc necessitas cum illa de qua subdit dicens: Necesse est Populum arcere a Communione Calicis. — *Folia sunt 25 cum correct. et annot. marg. — Hæc Compactata, anno 1462 ab Utraquista quodam composita, e tenebris protulit Collinus circa annum 1561. Nostrum exemplar a Dre Dudik habetur transscriptum eodem tempore ex exemplari Collini.* *D. 21.*

Commendatio Fidei Catholicae. Vide **Fidei** Cath. Comm.

Compendium Theologicae Veritatis.

Compendium Theologicæ Veritatis De Fine Mundi. — Fol. 1 a: De fine mundi. FJnale iudicium quedam sunt antecedencia quedam quasi concomitancia Sicut quedam sequencia —. De purgatorio Capitulum primum. — *Fol. 11 b*: De gaudiis celestibus Capitulum xxx *et ultimum, cuius in fine, fol. sequ. b:* — Quorum gaudiorum participes nos faciat illibata genitrix iesu christi Amen. Explicit liber septimus et vltimus compendii theologicoe veritatis de fine mundi scriptus vatzstenis per elawum faderi rowobælgum Anno dni Mcdsexagesimo in profesto exaltacionis sancte crucis. *Folia sunt 12, col. 1, cum annotat. marg. Conr. Roggonis.* *Q. 16 (Op. XIII).*

Consilia Iuris.

Consilia Iuris et Canonici et Civilis, quorum auctores librarii non indicarunt:

An administrator pecuniam administracionis alicui mutuauit qui postea efficitur non soluendo tenetur ad integrum dampnum ex tali mutuo. — *Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo. F.* 2 (*num. rom.* lxi).

An clerici teneantur soluere et contribuere ad collectam impositam per commune ciuitatis pro salario stipendiariorum ibi existencium pro defensione dicte ciuitatis. — *Scripsit Conr. Roggo. F.* 2 (*num. rom.* xx).

An creditur relacionibus medicorum tantum qui dixerunt virum inhabilem ad coitum et alia multa que faciunt ad titulum de frigidis. — *Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo. F.* 2 (*num. rom.* xlix).

An filius illegitimus potest succedere matri ab intestato uel descendentes ex filia legitima tantum. — *Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* lxiii).

An fugiens pro debito ad ecclefiam debeat inde extrahi uel non. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* vi).

An teftamentum fcriptum manu teftatoris fine teftibus fit feruandum. — *Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* lv).

An vendicio refcindi poffit in qua arre date funt. — *In fine:* Laus deo et eius matri. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xliiii).

Clericus interficiens aliquem ex neceffitate ad fuam defenfionem non debet beneficio priuari nec eciam aliquam penam pati nec in perfona nec in rebus. — *Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xlvii).

De expenfis litis et quid earum appellacione venit foluendum per victum. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xxi).

De peticione abfolucionis a iuramento propter dolum uel metum preftito Et quod quis non poffit capi in domo propria. *F.* 2 (*num. rom.* li).

Exempcio certarum perfonarum non extenditur ad alias Et exempcio de perfonis non trahitur ad loca, nec exempcio in certis cafibus extenditur ad alios cafus. *F.* 2 (*num. rom.* xlviii).

Quale et quantum ius acquirit fifcus in bonis dampnatorum Et an prefertur fifcus creditoribus dampnatorum et multa alia pulcra. *F.* 2 (*num. rom.* lxiiii).

Quanto tempore prefcribuntur feruitutes conftitute in edibus alicuius non tollendi pulcrum confilium. *F.* 2 (*num. rom.* lix).

Queritur fi non eft conftituta certa merces in contractu locacionis uel certum precium in contractu empcionis et vendicionis fed remiffa merces eft in poteftatem alterius contrahencium an conftituitur contractus locacionis uel empcionis. *F.* 2 (*num. rom.* liii).

Quis prefertur in bonis delinquentis An fifcus pro pena delicti uel creditores delinquentis Et quomodo probari debet furtum. *F.* 2 (*num. rom.* lxii).

Quod ad penam incurrendam requiritur culpa Et quid de eo qui ftat in turri *(et)* proiciendo *(sic)* deorfum afferes aliquem cafu interficit. *F.* 2 (*num. rom.* lvi).

Quod maritus ftando x. annis quod non petat dotem non propterea videtur remififfe dotem et alimenta. *F.* 2 (*num. rom.* l).

Quod fecuritas data non extenditur ad debita poft fecuritatem conceffam contracta. *F.* 2 (*num. rom.* lii).

Si domus caufa tenendi hofpicium conducta comburitur negligencia hofpitis repentini recepti An conductor teneatur locatori ad dampni intereffe (*sic*). *F.* 2 (*num. rom.* lx).

Si pecunia in focietate pofita perit incendio uel latrocinio qualiter intelligitur perdita ad dampnum fociorum Et quid de debitoribus focietatis qualiter foluere debent fociis. *F. 2 (num. rom.* xlvi).

Si vnus habet partem inferiorem domus uel palacij alius fuperiorem cuius expenfis tectum manuteneri debet Et fi demolitur domus cuius erunt cementa. — *Titulos et huius Consilii et undecim, quæ proxime antecedunt, non vero textum eorum scripsit Conradus Roggo.* *F. 2 (num. rom.* lviii).

Constantinopolitanae Civitatis Expugnatio. Vide **Lactantius.** *F. min. 6.*

Constitucie.

Conftitucie Seymu Wárfzáwskiego Roku M. D. XCIII., *compl. cum Registro folia undecim. Vide Bibl. Ioh. Matth. F. 106 (in fine).*

Coquinariae Artis Liber.

Hic codex, qui caret titulo, continet amplius ducenta præcepta, quæ ad artem culinariam pertinent. — Fol. 36 a legitur: Liber Chriftophori Taylour 1590. — *Folium primum deest; reliqua sunt 70.* *Q 17.*

Crispis, Iohannes de.

Repeticio capituli Cum clericis de ordi. ab epi. — facta per dominum Johannem de crifpis decretorum doctorem in ftudio papie. — *In fine:* Explicit hoc opus. — *Folia sunt 4. Titulum, non textum scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. arab. 43).*

D.

De.

De arte bene moriendi tractatus. — Fol. 1 a: QVOniam de prefentis exilij miferia mortis tranfitus propter moriendi impericiam multis non folum laicis verumeciam religiofis atque deuotis difficilis

nimis multumque periculofus ymmo eciam terribilis et horribilis valde plurimum videatur Jdcirco in prefenti materia que de arte moriendi eft quidam breuis exhortacionis modus circa eos qui in mortis articulo funt conftituti — plurimum valere et prodeffe poteft *etc.* — *In fine, fol. ult. a:* — vnicuique bene et fecure volenti mori fuper omnia neceffe eft vt antequam mors occupat mori difcat. — *Scriptum Vatzstenis circa annum 1460.* *Q. 16 (Op. XIV).*

De colenda virtute liber. — *Fol. 1 a:* De Colenda virtute liber feliciter Jncipit. CVM Nefcius non fim multos fepe dediffe operam clariffime princeps ac marchio perilluftris ut mortalium animos atque ingenia ad virtutis fapiencieque cultum exitarent *etc.* — *In fine fol. ult. b:* — homini enim virtute cittiffimus (*sic*) atque expeditiffimus eft curfus in celum Vbi omnes virtutis fapiencieque cultores et beate victuri et femper Regnaturi funt vt fempiterno premio — cum diis immortalibus affecti gaudebunt (*sic*). Et cum hoc gloria chrifto. *Folia sunt 14, col. 1. Titulum, lineam operis primam et annotat. marg. scripsit Conr. Roggo.* *F. 7 (num. 1).*

Decalogi Expositio.

Fol. 1 a, col. 1: (J)Ncipit tabula fuper tractatum x preceptorum, *quæ tabula fol. 5 a col. 2 exp'icit.* — *Col. eadem sequitur:* Audi ifrahel precepta domini et quafi in libro fcribe et dabo tibi terram lacte et melle fluentem etc. *cum expositione.* — *Fol. 8 b, col. 1 incipit:* (P)Rimum preceptum. — *Fol. 11 a, col. 2:* (S)Ecundum preceptum non afumas (*sic*) nomen dei in vanum. — *Fol. 14 b, col. 2:* (T)Ercium preceptum eft Memento vt diem fabbati fanctifices. — *Fol. 18 a, col. 1:* (Q)Vartum preceptum eft Honora patrem et matrem. — *Fol. 21 a, col. 2:* (Q)Vintum preceptum eft Non occides — *Fol. 25 a, col. 2:* (S)extum preceptum eft Non mechabere. — *Fol. 27 b, col. 1:* (S)Eptimum preceptum eft Non furtum facies. — *Fol. 31 b, col. 2:* (O)ctauum preceptum eft Non falfum teftimonium dices. — *Fol. 34 a, col. 2:* (N)Onum preceptum eft Non concupifces rem proximi tui. — *Fol. 35 b, col. 1:* (D)Ecimum preceptum eft Non concupifces vxorem proximi tui. — *In fine fol. ult. a, col. 2:* AMEN. — *Folia sunt 85, col. 2, cum annotat. marg. Conr. Roggonis. Stilus plerumque rudis est. Partem huius tractatus scripsit Birgerus Hamor, Canonicus Strengenensis, denatus anno 1481.* *F. min. 12.*

Decisiones Rotae Romanae. Vide Decretales.

Decretales.

Decisiones Rotæ Romanæ. — *Folia novem prima continent Registrum capitulorum quinque librorum decretalium, quod tamen superiore*

parte folii primi et fine caret. — Folium primum ipsius textus, continens titulum, est excisum. — Folium sequens, numero decimum, hæc habet: Addicio. Vide quando quis cogatur docere titulum ſue poſſeſſionis Circa quod breuiter ſic conclude *etc.* —. Alia addicio. Subaudi prelato exiſtente in prelatura mala fide *etc.* —. ITem. Si poſt concluſionem in cauſa beneficiali factam ad Inſtantiam actoris admittantur articuli rei, tacite concluſio reuocari cenſetur *etc.* — *Fol. 18 b, col. 1:* Regula dni vrbani pape Quinti — Sequitur addicio dni Gregorij. — *Fol. 94 a, col. 1:* Et ſic fuit ſummatum pro apoſtolico impetrante. Hic expliciunt deciſiones rote ſecundum aliquos. — *Col. eadem sequitur:* Jtem. fuit dubitatum vtrum executor datus in forma dignum arbitramur etc. ad examinandum in literatura certam perſonam in litera nominatam *etc.* — *Fol. 101 a, col. 1:* Queritur Quanti temporis ſpacio introduci poſſit in eccleſia conſuetudo optionis prebendarum canonicalium. — *Fol. 102 a, col. 2:* Preterea. Cum generaliter ſit verum quod eccleſia vel vbi tanguntur ipſius eccleſie res vel jura non admittit preſcriptionem minoris temporis quam xl annorum *etc. Hæc quæstio caret fine, et cetera, ut videntur, sex folia sunt excisa. Folia, quæ restant, sunt 102, col. 2, cum rubricis marg., a Conrado Roggone scriptis. Hic pulcherrimus codex scriptus est in Italia annis 1376—1380, ut patet ex sequentibus annotationibus, quæ in ipso textu exstant: Fol. 13 a, col. 1:* Hic. Superuenerunt duo noui auditores videlicet domini P. Gaſtonus legum et franciſcus de lando vtriuſque Juris doctores. — *Fol. 47 b, col. 1:* Hic. Superuenit nouus Auditor nomine fernandus petri decretorum doctor anno dni Milleſimo triceſimo ſeptuageſimo ſeptimo de menſe Januarij. — *Fol. 69 b, col. 2:* Hic. Superuenerunt duo noui domini Auditores videlicet dns Jo. Morbray Anglicus doctor legum et dominus chriſtophorus de venecijs doctor decretorum. — *Fol. 76 a, col. 1:* Hic. Superuenit quidam nouus Auditor nomine bartholomeus Johannis Romanus. — *Fol. 81 a, col. 2:* Hic. Superuenit quidam nouus auditor nomine Nicolaus Bodeſhan Anglicus. — *Fol. 99 b, col. 2:* Hic. Superuenit quidam nouus Auditor Anglicus nomine thomas de ſubburia legum doctor Ac frater dni Symonis Archiepiſcopi Cantuarienſis videlicet Anno dni Milleſimo tricenteſimo octuageſimo de menſe Septembris tempore dni vrbani pape ſexti Pontificatus ſui Anno tercio. — *Fol. 100 a, col. 2:* Hic. Obijt dominus Robertus de ſtracton videlicet Anno dni Milleſimo tricenteſimo octuageſimo de Menſe octobris. *F. mai. 5.*

De Electione tractatus (Iohannis Andreæ?), pertinens ad primum librum decretalium, sic incipit: Vlterius habeamus in ſumma tractatum ty. de eleccione, *et his verbis concluditur:* — ad honorem omnipotentis dei virginis glorioſe et ſancti lucij (a eligo in paſtorem, *sic*). *Folium unum, col. 2. De scriptore vide infra Notata Ioh. Andreæ super IV libro decret.* *F. min. 9.*

Notata Iohannis Andreæ Bononiensis super libris II, III, IV et V decretalium, cont. brevia argumenta singulorum capitulorum. — Folia

nonnulla in fronte excisa sunt, quæ continuerunt initium libri secundi. — *Fol. 1 a: Rubricæ* De dolo et contumacia (*ca. 1:* Ad hec), De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande; Vt lite pendente nichil innouetur *et* De ſequeſtracione poſſeſſionum et fructuum. — *Fol. eodem b: Rubricæ* De confeſſis (*ca. 1:* Cum monaſterium); De probacionibus *et* De teſtibus et atteſtacionibus. — *Fol. 3 a: Rubricæ* De teſtibus cogendis (*ca. 1:* Cauſam matrimonij) *et* De fide inſtrumentorum. -- *Fol. eodem b: Rubricæ* De preſumpcionibus *et* De iure iurando. — *Fol. 4 a: Rubrica* De excepcionibus (*ca. 1:* Denique). — *Fol. eodem b Rubrica* De preſcripcionibus (*ca. 1:* Placuit). — *Fol. 5 a: Rubricæ* De ſentencia et re iudicata *et* De appellacionibus (*ca. 1:* Dilecti). — *Fol. 6 b: Rubricæ* De peregrinantibus *et* De confirmacione vtili vel inutili (*ca. 1:* Si quis), *cuius rubricæ ultima verba sunt:* Deo gracias, *quibus concluditur liber secundus.* — *Pag. eadem sequitur Liber Tertius: Rubrica* De vita et honeſtate clericorum (*ca. 1:* Vt layci). — *Fol. 7 a: Rubricæ* De cohabitacione clericorum et mulierum; De clericis coniugatis *et* De clericis non reſidentibus. — *Fol. eodem b: Rubrica* De prebendis et dignitatibus (*ca. 1:* Vt nullus). — *Fol. 8 a: Rubricæ* De clerico egrotante vel debilitato; De inſtitucionibus *et* De conceſſione prebende. — — — *Fol. 10 a: Rubricæ* De ſucceſſionibus (*ca. 2:* Sancto); De ſepulturis; De parochiis et alienis parochianis (*ca. 1:* Si epiſcopus) *et* De decimis primiciis et oblacionibus. — — — *Fol. 11 b: Rubricæ* De religioſis domibus (*ca. 1:* Nunc autem); De capellis monachorum *et* De jure patronatus (*ca. 1:* Perlatum). — — — *Fol 13 a: Rubrica Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant* (*ca. 1:* Multa), *cuius rubricæ ultimum capitulum incipit a vocabulis:* Super ſpecula, *et his verbis concluditur:* Johannes andree. Et ſic eſt finis tercij (*libri*) deo gracias. — *Pag. eadem sequitur Liber Quartus: Rubricæ De sponsalibus et matrimonijs* (*ca. 1:* De francia) *et* De deſponſacione Jmpuberum (*ca. 1:* Tua). — — — *Fol. 15 a: Rubricæ De donationibus inter virum et uxorem* (*ca. 1:* Mulieres) *et De secundis nuptiis* (*ca. 2:* Dominus). — *Pag. eadem sequitur Liber Quintus: Rubrica De accusationibus, inquisitionibus et denuntiationibus* (*ca. 1:* Si legitimus). — *Fol. eodem b: Rubricæ De calumniatoribus* (*ca. 1:* Cum forcius) *et* De ſymonia (*ca. 1:* Jn ordinando). — — — *Fol. 18 b: Rubricæ* De noui operis nunciacione (*ca. 1:* Jntelleximus) *et* De priuilegiis et exceſſibus priuilegiatorum (*ca. 1:* Epiſcopalia), *cuius ultimum capitulum incipit a vocabulo:* Conſultacio. *Cetera prætermisit librarius. Folia sunt 18, quorum sex membranacea, col. 1, cum rubricis, scriptis a Conrado Roggone. Hic pulcher codex scriptus est in Italia circa annum 1367 ab eodem Hermanno, qui scripsit Notata Iohannis Andreæ super libro IV decretalium.* — *In fine totius codicis scriptum est:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

Notata super toto libro secundo decretalium. — *Fol. 1 a, col. 1: Rubrica de iudiciis* (*ca. 1:* De quouultdeo (*sic*). — *Fol. 3 b, col.*

2: Rubrica de foro competenti (*ca. 1:* SJ quis clericus). — *Fol. 5 a, col. 2: Rubrica* de libelli oblacione (*ca. 1:* JGnarus). — *Fol. eodem b, col. 1:* Rubrica de mutuis peticionibus (*ca. 1:* Ex literis). — *Col. 2:* Rubrica de litis conteſtacione (*ca. 1:* Olim). — *Col. eadem:* Rubrica Vt lite non conteſtata (*ca. 1:* Ad hec). — *Fol. 7 a, col. 1:* De iuramento calumnie Rubrica (*ca. 1:* Jnherente). — *Fol. eodem b, col. 1:* De dilacionibus Rubrica (*ca. 1:* Dilecti). — *Fol. 8 a, col. 1:* Rubrica de ferijs (*ca. 1:* Omnes). — *Fol. eodem b, col. 1:* De ordine cognicionum Rubrica (*ca. 1:* DE ordine, *sic pro: Intelleximus*). — *Fol. 9 a, col. 1:* Rubrica de plus peticionibus (*ca. 1:* Concilium, *sic pro: Consilium*). — *Col. 2:* Rubrica de cauſa poſſeſſionis et proprietatis (*ca. 1:* Suſceptis). — *Fol. 10 a, col. 1:* De reſtitucione ſpoliatorum Rubrica (*ca. 1:* Licet). — *Fol. 12 a, col. 2:* Rubrica de dolo et contumacia (*ca. 1:* Ad hec). — *Fol. 13 a, col. 2: Rubrica* de (*eo*) qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande (*ca. 1:* Conſtitutus). — *De ceteris rubricis confer titulum proxime antecedentem.* — *Fol. 32 a, col. 1:* De confirmacione vtili uel inutili Rubrica (*ca. 1:* Si quis). — *In fine, fol. eodem ult. a, col. 2:* Expliciunt notabilia ſecundi libri decretalium deo laus. — *Folia sunt 32, col. 2.* — *Scripta sine dubio cura Conradi Roggonis in Italia circa annum 1460. In fine codicis legitur:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

De processu iudicii compendium (Iohannis Andreæ Bononiensis?), pertinens ad librum secundum decretalium. — *Fol. 1 b, col. 1:* Antequam dicamus de proceſſu iudicii notandum eſt quid ſit iudicium et quot ſint ſpecies iudicii vel que ſint perſone que debent conſiſtere in iudicio *etc.* — *Col. 2:* Hec de partibus que debent conſiſtere in iudicio ſufficiant. Sequitur de ordine et proceſſu iudicii qui eſt triplex. — *Fol. 2 a, col. 1:* De excepcione. — *Col. 2:* De libello conuencionali. — *Fol. eodem b, col. 1:* De litis conteſtacione. — *Col. eadem:* De iuramento calumpnie. — *Col. 2:* De confeſſis in iudicio de interrogacionibus *etc.* — *Fol. 3 a, col. 1:* De probacione. — *Col. 2:* De teſtibus. — *Fol. eodem b, col. 1:* De excepcionibus contra inſtrumenta. — *Col. 2:* De diffinitiua (*sic*) ſentencia ſequitur. — *Col. eadem:* De appellacione ſequitur. — *Fol. 4 a, col. 1:* Hec de proceſſu et ordine iudicii paruo ſub compendio breui et vtili dicta ſufficiant. Explicit hec ſumma. — *Sequitur Registrum, quod sic incipit:* Nota concordancias tytulorum decretalium cum decreto, *quod fol. 5 b explicit.* — *De scriptore vide infra Notata Iohannis Andreæ super libro IV decret.* *F. min. 9.*

Notata Benedicti de Benedictis de Perusio super secunda parte libri secundi decretalium. — *Fol. 1 a:* De iureiurando Rubrica. — *Fol. 98 a:* SEquitur de excepcionibus Rubrica. — *Fol. 130 a:* Sequitur De preſcripcionibus Rubrica. — *Fol. 159 b:* De ſentencia et Re iudicata Rubrica. — *Fol. 216 b:* Sequitur Rubrica de appellacionibus. — *Fol. 309 a:* Sequitur de peregrinantibus Rubrica. —

Fol. 310 a: De conformacione vtili vel inutili Rubrica. — *Fol. 320 a:* Expliciunt notata famosissimi viri dni benedicti de benedictis de perusio egregij vtriusque iuris doctoris super secunda parte secundi libri decretalium. Reportata et collecta per me Conradum Roggo gothum dyocesis vpsalensis et scolarem alme sapiencie veteris perusij in ordinaria leccione prefati doctoris peritissimi qui huic titulo vltimo die xij mensis aprilis anno Mcdlvj° finem fecit die xiij mensis eiusdem incipiens titulum de vita et honestate clericorum. Cuius notata ego et protunc incepi vtinam feliciter ad laudem dei in carta magna Anno studij mei secundo, sed primo post ingressum prefate sapiencie veteris per cuius collegium contemplacione literarum domini mei cardinalis firmani admissus fui pro medio tempore ad domum eandem quam intraui die prima februarij anno quo supra. — *Folia sunt 320, col. 1. In fronte registrum excisum videtur; ceterum hic pulcher codex est integer et totus scriptus a Conrado Roggone.* *F. min. 8.*

De sententia et re iudicata rubrica, pertinens ad librum secundum decretalium. — Expositio singulorum verborum capituli primi, quod hæc continet: Sentencia contra leges canonesve prolata licet non sit appellacione suspensa non potest *(tamen)* subsistere ipso iure. — *Fol. 2 a, col. 2:* Notabilia ex textu colligi possunt *etc.* — *Fol. 4 b, col. 2:* Quibus remedijs retractatur aliqua sentencia. — *Fol. 6 a, col. 2:* Deueniendo ad materiam glose quero an sentencia nulla a qua necesse non fuit appellari sed tamen est appellatum per appellacionem efficitur aliqua uel saltem parti appellanti preiudicetur quo minus nullitatem posset persequi *etc.* — *Fol. ult. b, lin. ult.:* vendicat s. locum. *Folia sunt 6, col. 2. — Scripta ante annum 1460. In fine totius codicis legitur:* Liber ecclesie Strengenensis. *F. min. 9.*

Notata super libro tertio decretalium. Rubricas quatuor primas prætermisit librarius. — Fol. 1 a: Rubrica De prebendis *(ca. 1:* Vt nullus). — *Fol. 2 b, col. 1:* De clerico egrotante vel debilitato Rubrica *(ca. 1:* Cum percussus). — *Col. eadem:* De institucionibus Rubrica *(ca. 1:* Non amplius). — *Col. 2:* De concessione prebende Rubrica *(ca. 1:* QVi in viuorum). — *Fol. 3 b, col. 1:* Ne sede vacante aliquid innouetur Rubrica *(ca. 1:* Nouit ille). — *Col. 2:* De hijs que fiunt a prelato sine consensu capituli *Rubrica* *(ca. 1:* JRrita). — *Fol. 4 a, col. 2:* De hijs que fiunt a maiori parte capituli *Rubrica (ca. 1:* CVm in cunctis). — *Fol. eodem b, col. 1:* Vt ecclesiastica beneficia sine diminucione conferantur *Rubrica (ca. 1:* Vt nostrum). — *Col. eadem:* De rebus ecclesie alienandis vel non *Rubrica (ca. 1:* NOn licet). — *Fol. 5 a, col. 1:* De precarijs *Rubrica (ca. 1:* PRecarie). — — *Col. 2:* De empcione et vendicione *Rubrica (ca. 1:* Placuit). — *Fol. 5 b, col. 1:* De locato et conducto *Rubrica (ca. 1:* Ex rescripto. — *Col. eadem:* De rerum permutacione *Rubrica (ca. 1:* Si princeps). — *Col. 2: Rubrica de Feudis (ca. 2:* Ex parte). — *Col. eadem: De pignori-*

bus Rubrica (*ca. 3:* Ex prefencium). — *Fol. 6 a, col. 1:* De fideiuſſoribus *Rubrica* (*ca. 2:* Peruenit). — *Col. 2:* De ſolucionibus et obligacionibus *Rubrica* (*ca. 1:* Ad hec). — *Col. eadem:* De donacionibus *Rubrica* (*ca. 1:* PRudentes). — *De peculio clericorum Rubrica est prætermissa.* — *Fol. 6 b, col. 2:* De teſtamentis et vltimis voluntatibus *Rubrica* (*ca. 1:* Quorundam). — *Fol. 7 a, col. 2: De successionibus ab intestato* (*ca. 2:* SAncto concilio). — *Col. eadem: De sepulturis Rubrica* (*ca. 1:* Nos inſtituta). — *Fol. eodem b, col. 1:* De parrochijs et alienis parrochianis *Rubrica* (*ca. 1:* SJ epiſcopus). — *Col. 2:* De decimis Rubrica (*ca. 1:* Decimam partem). — *Fol. 8 b, col. 1: De regularibus et transeuntibus ad religionem Rubrica* (*ca. 5:* Johannes). — *Col. 2: De conversione coniugatorum Rubrica* (*ca. 1:* PReterea), *cuius rubricæ ultimum capitulum incipit a vocabulo:* mulier. *Ceteras rubricas prætermisit librarius. Folia sunt 9, col. 2. Scripta ante annum 1460. In fine totius codicis legitur:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min.. 9.*

De decimis compendium, pertinens ad librum tertium decretalium. — *Fol. 1 a, col. 1:* Scriptum ad queuis beneplacita preparatum Reuerende in chriſto mique dilecte primo termino peticionis vobis notari breue compendium de decimis dandis et quando quis in non dandis decimis poteſt excuſari — reuolui libros doctorum Et *etc.* — *In fine, pag. sequ. col. 2:* — quam ſi inueniet ſtatim abiciat (*sic*). *Folium unum, col. 2. In libro Birgeri Hamor, Canonici Strengenensis, denati anno 1481. F. min. 12.*

De iure patronatus rubrica, pertinens ad librum tertium decretalium. — *Fol. 1 a incipit expositio singulorum verborum:* Si is ad quem rectoris preſentacio in aliqua eccleſia parrochiali (*sic*) noſcitur pertinere preſentet ipſum *etc.* — *Fol. 2 a:* Notabilia ex textu colligi poſſunt Primo quod in eccleſia parochiali non conuentuali preſentat patronus — — —. Tranſeam ad 4^m^ et proſequar materiam c. pueriliter. — *Fol. 3 a:* Reſtat igitur videre qui dicantur ydonei ad hoc vt preſententur in eccleſiis *etc.* — *Fol. ult. b:* Sed ponamus Js qui habet preſentare ad eccleſiam vacantem preſentat quendam minus ydoneum in ordinibus etate *etc*, *cuius quæstionis ultima verba sunt:* Sed ſi habuit hoc facere iure deuoluto ſi tunc. *Cetera prætermisit librarius, si qua restiterint. Folia sunt 4, col. 1, cum paucis annot. marg. Conradi Roggonis. Scripta ante annum 1460. In fine totius codicis legitur:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

Jncipiunt notata per Johannem andree ſuper (*librum*) quartum decretalium. (X)pi nomen inuocans ad honorem ipſius et reuerendiſſimi patris mei domini bononienſis archidiaconi qui — de nichilo fecit aliquid — et reuera ad vtilitatem meam meorumque ſcolarium et omnium in vtroque iure ſtudencium Ego iohannes andree paruus decretorum doctor ſummam breuiſſimam ſuper quarto libro decretalium compilaui *etc. Hæc fol. 1 a.* — *Fol. 3 a, col. 2:* Determinacio quarti libri decretalium ſecundum ioannem andree decretorum

doctorem fit (*pro fuit*) completa per manus hermanni ſub anno incarnacionis dominice 1367° vrbani pape (*V. anno sexto*). — *Bene scripta. In fine totius codicis:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

Lectura Iohannis Andreæ Bononiensis super arbore consanguinitatis et affinitatis, pertinens ad librum quartum decretalium. — Pag. 1: Circa lecturam arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus Johannes de deo (?) poſt illos lecture ipſius arboris nouum modum aſſumens per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus eſt aperire et propter incertitudinem regularum et verſuum obſcurantem aliquibus notum ignotum reddidit attendens ergo ego iohannes andree inter doctores decretorum minimus et indignus inuencionem arboris ex eo fuiſſe vt habentibus materiam conſanguinitatis ignotam nota et habentibus notam ex inſpectione oculorum notiſſima fieret antiquorum ſcripturam reuolui et prout expedire credidi compilaui Primo querens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuencio arboris 2° an ſit autentica *etc. — Pag. 6:* — in qua vniuerſi fideles et precipue ſtudentes continuo perſeuerent per graciam dei. *Bene scripta in Italia anno 1367; cfr titulum antecedentem.* *F. min. 9.*

Jncipit lectura ſuper quarto libro decretalium domini petri de ubaldis de peruſio. *Hæc fol. 1 a, col. 1. — In fine, fol. ult. a, col. 2:* Hic non ſunt alia Et hanc decretalem perfeci in M°. ccc° XCVIII° anno in vigilia aſſumpcionis beate virginis marie que eſt de menſe marcii que in ſecula ſeculorum ſit benedicta amen. — *Folia sunt 163, col. 2 cum sign. et cust. chart. Sine dubio scripta in Italia. — Ex libris Conradi Roggonis.* *F. mai. 1.*

Notata super libro quinto decretalium. — Fol. 1 a: Jncipit liber quintus decretalium de Accuſacionibus (*ca. 1:* SJ legitimus). — *Fol. 5 a, col. 2: De calumniatoribus Rubrica* (*ca. 1:* CVm forcius). — *Col. eadem: De simonia Rubrica* (*ca. 1:* Jn ordinando). — *Fol. 9 a, col. 2: Ne prælati vices suas Rubrica* (*ca. 1:* Preterea), *cuius ultimum capitulum incipit a vocabulo:* Querela. *Hæ sunt primæ libri quinti rubricæ; ceteras prætermisit librarius. Folia sunt 9, col. 2. Scripta ante annum 1460. In fine legitur:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

Clementinae. — Folium 1 a continet Titulos librorum quinque Clementinarum, quorum in fine: Hij tituli continentur in clementinis. Sequitur gloſa, *quæ explicit fol. eodem b, col. 1. — Folia 2 et 3, quæ continuerunt initium libri primi, desunt. — His non numeratis, fol. 4 a, col. 2 incipit:* Liber 2us. De iudiciis Rubrica. — — — *Fol. 10 b, col. 2:* Liber tercius. De vita et honeſtate clericorum *Rubrica.* — — — *Fol. 24 b, col. 1 : Liber quartus.* De conſanguinitate et affinitate Rubrica. — *Pag. eadem, col. 2:* Liber quintus. De Magiſtris *Rubrica.* — — — *In fine, fol. ult. a, col. 1:* Et ſic eſt finis. Liber magni ſiggonis Holk pſ. Et ſic eſt finis clementinarum pro quo deus ipſiusque mater maria ſint benedicti in ſecula ſeculorum

amen Anno dni 1487 die nona menſis ianuarii hora tercia vel quaſi poſt prandium in curia Johannis horeueſche gripſwoldis per manus Johannis froſt clerici Roſkyldenſis. — *Folia sunt 43, col. 2, stilus pulcher, cum annotat. marg. Conradi Roggonis. In tegumento codicis legitur:* Liber dni Magni Holk Canonici Strengenenſis. *F. 13.*

Sextus. — Fol. 1 b: Jncipiunt tituli ſuper vj^um^ librum decretalium. — *Fol. 2 a, col. 1 sic incipit Sextus:* BOnifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis doctoribus et ſcolaribus vniuerſis bononie commorantibus ſalutem et apoſtolicam benedictionem Sacro ſancte romane eccleſie *etc. — Fol. eodem b, col. 2: Liber I.* De ſumma trinitate et fide catholica Rubrica. — — — *Fol. 87 a, col. 1: Liber II.* De Judiciis *Rubrica.* — — — *Fol. 51 a, col. 1: Liber III.* De vita et honeſtate clericorum *Rubrica.* — — — *Fol. 81 b, col. 2: Liber IV.* De ſponſalibus et matrimonijs *Rubrica.* — — — *Fol. 83 a, col. 1: Liber V.* De accuſacionibus inquiſicionibus et denunciacionibus *Rubrica.* — (*Folium 104 est excisum*) — — *Fol. 107 b, col. 1:* De verborum ſignificacione. — *Fol. 108 b, col. 2: De regulis iuris, quarum in fine, fol. 110 b, col. 1:* Et ſic eſt finis libri ſexti Amen. — *Col. eadem sequitur bulla papalis:* Johannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad perpetuam rei memoriam Execrabilis quorundam tam religioſorum quam ſecularium ambicio *etc., quæ bulla his verbis terminatur fol. sequ. ult. b., col. 2:* — Datum anno dni xiij kalendis decembris Pontificatus noſtri anno ſecundo. — *Folia, paginâ primâ et folio 104, quod deest, non numeratis, sunt 111, col. 2, cum multis annotat. marg. Conradi Roggonis. Scripsit Iohannes Frost, Clericus Roskyldensis, anno 1437, cfr titulum proxime antecedentem. — In tegumento legitur:* Liber dni Magni Holk Canonici Strengenenſis. *F. 13.*

Notata super libro sexto decretalium. — Fol. 1 a, col. 1: Bonifacius ſeruus commorantibus. Jo. mo. dicit quinque colligi ex hac litera que ſcolaris volens ſtudere facere debet *etc. — Deinceps sequitur Rubrica De summa trinitate et fide catholica.* — — — *Fol. 27 b, col. 2:* De iudiciis Rubrica. — — — *Fol. 40 b, col. 1:* De vita et honeſtate clericorum Rubrica. — — — *Fol. 51 b, col. 1:* De ſponſalibus *Rubrica. — Fol. 52 a, col. 1:* De accuſacionibus *Rubrica.* — — — *Fol. 64 a, col. 1:* De verborum ſignificacione Rubrica, *quæ pag. eadem, col. 2 explicit. Regulas Iuris prætermisit librarius. Folia sunt 64, col. 2. Totum hoc opus sua manu pulchre scripsit Conradus Roggo circa annum 1460. F. min. 9.*

Notata Philippi de Franca de Perusio super sexto libro decretalium. — Folium 1 a, quod incipit a § Sane, *continet extremam epistolam Bonifacii Papæ VIII ad doctores et scholares, Bononiæ commorantes; nam primum codicis folium est excisum. — Fol. 1 b, col. 1:* De ſumma trinitate *Rubrica. — Inter folia 79 et 80 duo folia sunt excisa, quæ continuerunt extremam Rubricam de procuratoribus, Rubricas de his, quæ vi metusve causa fiunt, De restitutione et De arbi-

tris, Rubricam de iudiciis et initium Rubricæ de foro competenti. — *Inter folia 84 et 85 unum folium deest, itemque inter folia 125 et 126.* — — — *Fol. 126 a, col. 1:* De vita et honeſtate Clericorum Rubrica ſequitur. — — — *Fol. 187 a, col. 1:* De ſponſalibus *Rubrica.* — *Inter folia 189 et 190 evulsum est unum folium, quod continuit Rubricam de accusationibus etc.* — — — *Fol. 233 a, col. 1:* De verborum ſignificacione *Rubrica.* — — — *Fol. 237 a, col. 1:* Sequitur Rubrica de Regulis Juris. — — — *Fol. 275 b, col. 2:* Expliciunt reportaciones et notata huius ſexti libri decretalium per me Conradum Roggo de ſwecia ciuitatis holmenſis Ciuem dyoceſis vpſalenſis Jn almo ſtudio peruſino ſub excellentiſſimo ac famoſiſſimo vtriuſque iuris interprete domino philippo de franka (*sic*) de peruſio Anno dni Mccccl x°. die xxiiij decembris videlicet in ipſa vigilia ſacratiſſima domini noſtri ieſu chriſti natiuitatis in fine mei ſtudij anno ſexto, quas reportaciones recolligere incepi ſub prefato doctore in hoc ſexto libro ordinarie legente de ſero (*sic*) Jn anno primo mei ſtudij, et inicium feci in Rubrica de vita et honeſtate clericorum, finem vero in Rubrica de appellacionibus die et anno quibus ſupra Ad laudem magni dei, et vtilitatem et honorem Eccleſie metropolitane vpſalenſis. — *Infra:* Philippus de franka de peruſio doctor Excellentiſſimus. — *Folia sunt 275, col. 2, cum cust. chart. et multis annotat. Conr. Roggonis, qui totum hunc pulcherrimum codicem scripsit, exceptis paginis 13, de quibus infra:*

In margine folii 91 a hæc Conr. Roggo scripsit: Hic pro me ſcribere incepit et in hoc ſexto libro leccionem continuare dominus Johannes ſocrer tempore quo florenciam me contuli celeberrimum ſancti Johannis baptiſte feſtum videndi gracia videlicet Anno dni 1460 de menſe iunij Et in reditu ad peruſium dum iter agerem per ciuitatem ſenarum vbi pontifex noſter pius ſecundus tunc agebat, curiam ac ciuitatem illam egregiam conſpiciendi gracia, ibidem caſu reperi Reuerendum in chriſto patrem dominum Conradum epiſcopum aboenſem tunc electum qui pro confirmacione ſua aduenerat propter quem illic permanſi per menſes duos Jmpetraui interim de ipſius conſenſu canonicatum et prebendam in eccleſia aboenſi vacantem per adepcionem prepoſiture quam obtinuit magiſter henricus freſe eiuſdem eccleſie canonicus Jmpetraui eciam tunc parrochialem (*sic*) eccleſiam Kirkioſleth dioceſis aboenſis vacantem per obitum magiſtri laurencii mort (*s. mört*) tunc ſenis defuncti, cuius anima in pace quieſcat. — *In margine folii 111 hæc idem scripsit:* Hodie videlicet die Jouis xiij nouembris anno dni Mccccl x° hora quaſi decimaoctaua Brachius de balionibus qui inter ceteros huius ciuitatis peruſine nobiles nunc regentes et dominium et regimen obtinet eiusque germanus frater Rodulphus de balionibus, nobilem virum ipſorum fratrem conſobrinum dominum pandulphum de balionibus militem armis potencia diuiciis et familia glorioſum, ipſiusque filium nicolaum cognomine barcollium, et quendam alium magne prudencie et auctoritatis virum petrum de criſpoltis prefato domino pandulpho adheren-

tem in medio platee magne interfecerunt, qua de re tota hec commota ciuitas mox ad arma profiliit pro maiori parte in ipfius brachii auxilium et fauorem contra partem alteram que prefatis interemptis adhefit Huius occafio facinoris execrandi fuit caftellum quoddam fpelle vulgariter nuncupatum per prefatum dominum pandolphum (*sic*) et genitorem fuum occupatum quod tum de iure prefato brachio et fuis fratribus pertinebat. *F. mai. 3.*

Repetitio Petri de Ancharana super hac regula: Poffeffor male fidei vllo tempore non prefcribit, *quæ verba exstant fol. 1 a, col. 1.* — *In fine, fol. ult. a, col. 2:* Repetita fuit hec Regula per dominum petrum de Ancharana famofiffimum Juris vtriufque doctorem Jn feliciffima Ciuitate bononie ftudiorum matre Mcccxcvj in menfe Januarij Ad laudem magni dei et tocius celeftis curie triumphantis. AMEN. — *Fol. eodem b, col. 1:* Jn fupra fcripta repeticione regule poffeffor — tractantur queftiones infrafcripte —. *Folia sunt 9, col. 2. Sua manu pulcherrime scripsit Conr. Roggo anno 1460. F. mai. 3.*

Novella Iohannis Andreæ Bononiensis de Regulis Iuris, ordine alphabetico disposita. — (*Folium primum est evulsum*). — *Fol. 1 a, sign. a 2 exstat regula, quæ incipit a vocabulo:* Acceffories. — *Fol. 2 a, col. 1:* Actus legittimi (*sic*). — *Fol. eodem b, col. 2*: BEneficium. — *In fine fol. 130 a, col. 1:* Explicit Nouella domini Johannis andree de Regulis Juris Jn profefto apoftolorum Symonis et Jude an. lvj[to]. (= *1456*) AMEN. — *Sequuntur: Quæstiones Iuris* (*paginæ 6*), Breuis et vtilis tractatellus pro ftudentibus et aliis volentibus emere libros iuris canonici (*scriptus a Conrado Roggone et continens paginam unam*) *et Tractatus canonum penitentialium* (*paginæ 4*). — *Folia, primo, quod deest, non numerato, sunt 135, col. 2, cum sign., cust. chart. et annotat. marg. Conradi Roggonis.* — *Ex libris Conr. Roggonis. F. mai. 1.*

Repertoria Decretalium. Vide **Repertoria.**

Demosthenes.

Ad Alexandrum *Oratio.* — *Scripsit Conr. Roggo. F. 7* (*num. 16*).

Dionysius de Perusio.

Consilium Iuris. — An iudex vnius territorij poteft quem punire pro delicto alibi commiffo. — *In fine:* Jta dico ego dyonifius. — *Scripsit Conr. Roggo. F. 2* (*num. rom.* xxix).

E.

Echo Christiana.

Echo Chriſtiana Verſu Phalæcio Concinnata; Et Cuidam Ieſuitacæ (*Echo*) Inſulſiſſime ſcriptæ, oppoſita: ad aſtrum it ſonans.

Echo fare, quis iste plangor? angor.
Quis te angit? Papa forte crudus? udus.
Nondum ſanguine ſe ille mundat? undat.
Heu, qualis pater, ille pontifex? fex.
— — — — — — — —
Regum esse dicitur iaſpis. aſpis.
— — — — — — — —
Eſt Huſsus quoque vera faſsus. aſsus.
— — — — — — — —
Quis Luther fuit ille magnus? agnus.
Quenam ſcripta dedit ſeuera? vera.
— — — — — — — —

Hæc fol. 1 et 2. — *Fol. 3 a:* Ad Jeſuiticam Echo Reſpondebitur — Pari moneta. —. *Sequitur:* De doctrina et operibus Pontificijs. — *Infra:* Christianus Raphael F. in campis Elyſijs ad Calendas Græcas. — *Fol. eodem b:* Alphabetum Aulicum XXIII Literarum. — *In fine:* Ταῦτα εγράφετο (*sic*) Joannes Neander Regismontanus natione Neomarchicus Jntimo ſuo amico. *Folia sunt 3. Hæc scripta sunt post opus, cuius pagina prima hæc habet:* Olomuncij Anno 1573. *Q. 19.*

Epigrammata.

Epigrammata in omnes dominicas totius anni. — *Fol. 1 a:* Olomuncij Anno 1573 Menſe Januarij. — *Fol. 2 a:* Dominica I Aduentus In Epiſtolam ad Romanos Cap. 13 Epigramma. — *Fol. 26 a:* Dominica XXV post trinitatis in Epiſtolam (*sic*) Hieremiæ Cap. 29. — *Fol. 27 a: Epigrammata* De beati Stephani martyrio; Sic uiue ut post uiuas *et* Studia nos claros faciunt. — *Epigrammata singula constant ex ternis distichis.* — *Sequuntur, eodem scriptore:* Præcatio Dominica Carmine Lyrico (*paginæ 2*), Præcatio ad Spiritum Sanctum — (*pag. 2*), Deum non ſemper nos uoti compotes facere *Carmen* (*pag. 1*), Hymnus de Natali Chriſti (*pag. 1*) *et fol. 30 b hoc Epigramma:*

Philippus uerba hæc protulit in agone Melanthon.

Cur mortem metuam? mors non eſt mortis imago,
Nam merito nitor, chriſte benigne, tuo,

Vermis adhuc ſpiro, moriturus forte ſub horam,
Mors etenim certa eſt, funeris hora latet,
Ergo gnate Dei tibi me iam porrigo totum,
Viuam ſeu moriar, ſanguine uiuo tuo. *Q. 19.*

Epithalamia.

Carmen ludicrum a Matheo Collino ſcriptum in gratiam d. Abſolonis Leben etc. Secretarij Ceſarei quo die is ſuas celebrauit nuptias ducta in uxorem honeſtiſſima uirgine Ludmilla d. duchoſlai n. ciuis antique urbis pragenſis filia. *Literæ versuum primæ efficiunt verba:* Ludmillam Petit Abſolon Maritam, *et ultimæ:* Autor Connubii Sit Ipſe Chriſtus. — *Folium unum, cont. versus 28.* *Q. 19.*

Elegia Gratulatoria De Nuptiis Honeſti Et Eruditi Adoleſcentis, Caſpari Franzki, et pudiciſſimæ matronæ Sabinæ Ciuis Carnouienſis Scripta Ab Adamo Frantzki Carnouio. — *Pagina una, cont. 6 disticha.* *Q. 19.*

Elegia Gratulatoria de nuptijs honeſti et eruditi adoleſcentis, Caſpari Franzki, et pudiciſſimæ matronæ Sabinae Ciuis Carnouienſis: Ad Fratrem Sponſum *Δίστιχον*. — *Primæ versuum literæ efficiunt verba:* Caſparo Francci Sponſo Et Sabinae Sponſae Adamus Francci Frater Foeligs Auſpicihum Coniugij Precatur. — *Folia sunt 5, cont. 120 disticha.* *Q. 19.*

Epithalamium Honeſto Et Sapienti Viro Domino Valentino Kempio. Ciui Carnouienſi. Et Agneti Pudiciſſime Virgini Sponſæ. Scriptum ab A F (*Adamo Franzki*) Carnouienſi. Nepote. *Disticha sunt 67.* — *In fine fol. 4 a:* Finis, *quem excipiunt tria disticha, quorum primum:*
Hoc noue sponse tibi carnem (*sic, pro carmen*) rude mittit Adamus Franzki tui generis poſteritate Nepos *etc.* *Q. 19.*

Rudis Epithalamij Versio, *sermone Germanico composita.* — *Folia sunt 14, pulcherrime scripta.* *Q. 19.*

Rudis Epithalamij Verſio. — *Aliud Carmen Germanicum, cont. paginam unam.* *Q. 19.*

Exempla Biblica.

Exempla Biblica, collecta et scripta a Birgero Hamor, Canonico Strengnesensi, denato anno 1481. — *Tituli sunt 88, ex quibus* 1 De miraculis poteſtate diuina factis. 2 De prouidencia dei. 3 De benignitate dei ad ſeruos ſuos. 4 De conſolacione diuina. 5 De benediccione quam deus dedit homini. — 19 De Sabbati obſeruacione. — 32 De ſpectribus (*sic*) malis. 33 De immortalitate animo (*sic*). — 49 De ypocriſi et ſimulacione. — 55 De impaciencia. 56 De puſſilanimitate (*sic*). — 61 De gula et ebrietate. 62 De Matrimo-

nio. — 65 De incauto aſpectu. 66 De ſilencio et loquacitate. — 83 De magna fide mulierum et credulitate. — 87 De multitudine malorum. 88 De tribulacionibus. — *In fine fol. ult. b:* Collecta (*et scripta*) ſunt hec exempla per birgerum hamor in ſtudio lipzenſi. — *Folia sunt 16, col. 2, cum annot. marg. Conradi Roggonis. In tegumento codicis scriptum est:* Liber Birgeri Hamor Strengenenſis.
F. min. 12.

F.

Fano, Martinus de — Sillanianus.

Materia ſucceſſionum ab inteſtato ſecundum Martinum de fano doctorem excellentiſſimum —. — *In fine:* Et ſic eſt finis huius tractatus per me Jo. bieſt Anno domini. milleſimoſexageſimoprimo (*sic pro 1461*). in Ciuitate Peruſina Deo gracias. — *Auctor vixit seculo xv.* *F. 2 (num. arab. 22).*

Fidei Catholicae Commendatio.

Commendacio pulcra fidei catholice. Venite ambulemus in lumine dei noſtri yſaie 2º etc. *Hæc fol. 1 a.* — *In fine pag. sequ. col. 1:* — Ad quem nos perducat ieſus chriſtus ſplendor paterne glorie amen. — *Folium unum, col. 2.* — *In codice quodam Birgeri Hamor, Canonici Strengn., denati 1481.* *F. min. 12.*

Florianus de Bononia. Vide **Sancto Petro, Flor. de.**

Formula Honestae Vitae.

Jncipit formula honeſte vite. — *Infra, col. 1:* Capitulum primum de conſideracione ſui et debito ſeruitutis dei. —. De obediencia Capitulum ij. — *Col. 2:* De ſurgendo a ſompno Capitulum iiij. *Hæc omnia fol. 1 a.* — *Fol. 1 b, col. 1:* De diuino officio Capitulum v. — — *Fol. 2 a, col. 1:* De menſa et cibariis Capitulum viij. — *Col. 2:* De honeſtate — in dormitorio Capitulum ix. — — *Fol. 3 a, col. 2:* De leccione Capitulum xv. — — *Fol. 3 b, col. 2:* De verecundia Capitulum xx. — De honeſto inceſſu Capitulum xxj. — *Fol. 4 a, col. 1:* De ſeſſione Capitulum xxij. — De riſu Capitulum

xxiij. — De loquacia Capitulum xxiiij. — — *Col. 2:* De iactancia Capitulum xxvj. — — *Fol. 5 a, col. 1:* De vicio vane glorie precipue in cantu Capitulum xxxij. — — *Fol. eodem b, col. 1:* De vifu cuftodiendo Capitulum xxxiiij. — *Col. 2:* De negligencia orandi et meditandi in via Capitulum xxxv. — — *Fol. 6 a, col. 2:* De cauenda familiaritate feminarum Capitulum xxxviiij, *cuius in fine, fol. eodem b, col. 2:* Explicit formula honefte vite. *Folia sunt 6, col. 2, stilus rudis, cum annotat. marg. Conr. Roggonis. In tegumento legitur:* Liber Birgeri Hamor Strengenenfis (*Canonici, denati anno 1481*). *F. min. 12.*

Franca (s. Franka), **Philippus de — de Perusio.**

An parrochiani (*sic*) teneantur diebus feftiuis audire miffam in fuis parrochialibus ecclefiis et an contra facientes peccent. — *In fine:* Ego philippus de franca de perufio vtriufque iuris doctor licet minimus quod fupra per supradictum dominum confulentem dictum et conclufum eft Et ad fidem me fubfcribo et figillo meo paruo quo vtor figillaui veriori tamen faluo confilio. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. rom.* xxv).

Notata super libro VI decretalium. Vide **Decretales.** *F. 3.*

Frantzki, seu **Franzki, Adamus. — Carnovius.**

Elegiæ Gratulatoriæ Duæ De Nuptiis Cafpari Franzki Fratris. *Vide* **Epithalamia.** *Q. 19.*

Epithalamium — Valentino Kempio. *Vide* **Epithalamia.** *Q. 19.*

Frantzola, seu **Franzola, Robertus de.**

Ego Robertus de fiantzola (*sic pro Frantzola*) decretorum doctor Sacri palacij Confiftorialis Aduocatus Dico et cetera. *Post brevem præfationem sequuntur illius tres quæstiones, prima poenitentialis, altera moralis, tertia iudicialis, cuius in fine:* Explicit hoc opus. *Folia sunt 6, col. 2. Scriptum in Italia circa annum 1460. F. 2 (num. arab. 44).*

G.

Genealogiae.

Genealogiæ ab Adamo usque ad Iesum Salvatorem cum brevibus expositionibus. — Folium 2, quod est de posteris Adami proximis, sic incipit: Adam in agro damafceno formatus et in paradifum — tranflatus *etc. — Fol. eodem b:* Difpoficio Arche. — *Fol. 3 a: Posteri Noe. — Fol. 3 b: Posteri Thare. — Fol. 4 a:* Et fic finitur Genefis. — *Fol. 4 b:* Jacob cum vxoribus *et posteris. — Fol. 5 a: Genealogia Mosis et Aaron. — Fol. 7 b: Posteri Jesse. — Fol. 8 a: Posteri Abisai. — Fol 10 b:* Reges Babilonis. — *Fol. 11 b: Genealogia Machabeorum etc. — Fol. 12 b:* Reges Grecorum, Reges Syrie *et* Reges Affyrie. — *Fol. 13 a:* Jfte fuerunt due Sorores Anna *et* Hyfmeria, *quarum posteri enumerantur. — Fol. eodem b:* Et fic eft finis. — *Folia sunt 13, stilus rudis. Folio primo legitur:* Ex libris Monafterij Gradicenfis. *F. 20.*

Genethliaca.

Elegia de Natali Saluatoris — Jhesu Christi. *Vide* **Kergelius.** *Q. 19.*

Hipocoriftica (*sic*) Siue Genetliaca (*sic*) Infantulo Iefu. *Hæc fol. 1 a. — Fol. 2 b sequitur fragmentum, quod sic inscriptum est:* Phoniceficnofis, *nam* Deriuatur hoc Artificium a φωνι (*sic*) και πυκνοσις (*sic*) frequentatio unius dictionis, carmen — Anacreonticum in noctem natiuitatis Chrifti Scriptum. — *Fol. 3 a:* Genetliacum Siue Ligatorium In Natalen Amicorum, *quod, oratione soluta scriptum, fol. 3 a explicit. Q. 19.*

Hymnus de Natali Chrifti. *Vide* **Epigrammata.** *Q. 19.*

Gerson, seu **Jarson,** Iohannes — Cancellarius Parisiensis.

Conclufiones Cancellarij parifienfis de celebracione et pollucione. Prima (*Conclusio*). Nullus habet certitudinem euidentem abfque dei reuelacione fpeciali quod fit fufficienter difpofitus et dignus ad celebranda miffe mifteria. Secunda (*Conclusio*) *etc. — In fine eiusdem paginæ:* Decima (*et ultima Conclusio*) Non propter timorem contaminacionis cordis — illud — monemur tractare fed ad indeuocionem et fcandalum in nobis uel in aliis deuitandum Et fic eft finis huius tractatuli. *Q. 16 (Op: VIII).*

Conclufiones cancellarij parifienfis de confeffione. COnfeffio facramentalis fundatur in folo iure diuino et ewangelico fuper illo

verbo Quodcunque ligaueris ſuper terram etc. Prima Confeſſio —. *Hæc fol. 1 a.* — *In fine, fol. sequ. a:* — Ac proinde virtus clauium que remittit magnam partem penarum debitarum ad huiuſmodi peccatorum delecionem non ſic effectualiter (*sic*) applicatur prout ad certa (*sic*) peccata que ſacramentaliter et expreſſe ſunt confeſſa Et ſic eſt finis huius tractatuli. *Q. 16* (*Op. VII*).

Jncipit tractatus magiſtri Johannis Jaſonis (*sic pro Jarsonis*) cancellarij pariſienſis docendi et audiendi confeſſiones (*hæc lit. rubr.*). Etſi virtus quam aſſuefaccio gingnit (*sic*) cercius (= *certius*) quam ars operetur non nichil (= *nihil*) tamen prodeſt artis tradicio aput (*sic*) eos qui nondum perfecti ſunt in virtute Hoc in arte qualibet perſpicuum eſt Et quum ars arcium (= *artium*) eſt regimen animarum preſertim in confeſſionibus audiendis ſtudui quaſdam generales conſideraciones tradere breuiter et diſtincte quas eſſe proficuas experiencia doctorum cognoui Jnduxit hoc me non mediocriter quod paucos actenus (*sic*) reperi qui perfecte vmquam et integre confeſſi fuerunt cauſa exiſtente in multis vel negligencia vel ignorancia confeſſorum Prima Conſideracio *etc. Hæc pag. 1.* — *Pag. 10:* Conſideracio 26 (*et ultima*) — Denique reliqua multa tradi potuerunt quorum nonnulla partim iam conſcripſi latino eloquio partim in gallico in variis tractatulis — Hec interim pro ſua breuitate ne faſtidio ſint ſufficiant Et (quod) ſiquis ad opus ſaluberrimum hoc bona fide proceſſerit Jlle plus exercendo et orando quam legendo erudietur atque proficiet Et ſic eſt finis huius tractatuli Deo gracias. Explicit tractatulus Johannis Jaſonis Cancellarij pariſienſis. *Paginæ sunt 10, col. 1.* *Q. 16* (*Op. V*).

Jncipit tractatulus cancellarij pariſienſis de periculo illorum qui horas canonicas inaduertenter dicunt. Quum homines preſentem vitam incertam et inſtabilem plus ament quam vitam eternam omnibus bonis refertam prima cauſa eſt defectus fidei in nobis *etc. Hæc fol. 1 a* (*num 131*). — *Fol. 4 b:* Sequitur aliud Capitulum. ORacionem denique ſiquis illam duntaxat que ſub precepto cadit ſcienter interrupit per actualem attencionem ad alia — uel peccat uel reſumere debet *etc. Deinde desunt duo folia, quæ reperiuntur sub titulo Augustinus, fol. num. 135 et 136. Ex his posterius b hæc habet verba:* Et ſic eſt finis huius tractatus Sit deo laus. — *Deinceps sequitur:* De periculo pſalmos (*seu preces in genere*) negligenter renunciancium (?). DJuini ſeruicii cottidianam (*sic*) penſionem cum metu et reuerencia ſumme maieſtati nos exhibere paulus hortatur *etc., in cuius tractatus fine* (*fol. num. 138 a*) *legitur:* Jta in futuro immenſum pondus eterne glorie tamquam ſtella multis ſideribus clarior hereditabit. — *Deinceps sequitur fol. 6* (*num. 138*) *a:* Quam bonum ſit ſeruicium dei deuote perſoluere. Eximius prophetarum illuſtriſſimuſque regum ſanctus dauid homo quem dominus ſecundum cor ſuum non tam inuenit quam elegit, qui primus mortalium choros pſallencium ſtatuit ad confitendum domino *etc.* — *Fol. 8 b* (*num. 140*)*:* Aliud Capitulum. — *Fol.*

9 *a:* Quantum periculum ſit ſeruicium dei tepide perſoluere. Veterum de inercia et ſompnolencia in ſeruicio dei necnon et de fantaſiis et illuſionibus quas tepidiores quique, eciam in choro dormientes per immiſſiones demonum inuiti paciuntur, ſubtilius et exploracius in reuelacionibus cuiuſdam ſerui dei inuenitur *etc.* — *Fol. ult. a:* Finis adeſt Deo gracias. — *Folia sunt 13, col. 1, cum annotat. Conr. Roggonis. Hic et tres proxime antecedentes tractatuli scripti sunt Vatzstenis circa annum 1460.* *Q. 16 (Op. IX—XII).*

De remediis contra recidiuum peccati. HAbet hoc proprium ars quelibet vt faciliori compendio ad finem ducat optatum *etc. Hæc pag. 1.* — *Pag. 5:* Preterea circumſtancie ille que habentur per hunc verſum Quis quid vbi quibus auxiliis cur quomodo quando Sunt in confeſſione diligentiſſime inquirende Et ſic eſt finis huius tractatuli De remediis contra recidiuum peccati. *Paginæ sunt 5, col. 1.* — *Scriptum Vatzstenis circa annum 1460.* *Q. 16 (Op. VI).*

Giskra, Ioannes. — Gurrimenus.

Carmen de facto B. Laurentij, qui mortem oppetere maluerit, quam Thesauros Ecclesiæ Decio Tyranno patefacere: Scriptum a Joanne Giſkra Gurrimeno Anno partus Virginei 1576°. *Hæc in fronte fol. 1 a.* — *Folium 2 est vacuum.* — *Fol. 3 a:* Vtrum Recte Fecerit B Laurentius, quod mortem oppetere maluit, quam Theſauros Ecclesiæ Decio Tyranno patefacere nec ne?

Territus ut, rapidi dum miſcent æquora venti,
Huc illuc tumidis Nauita fertur aquis
Dum trux hinc boreas bacchatur, at Affricus illinc *etc.*

Fol. 5 b: Vos quoque Boiemæ clariſsima lumina gentis,
Hic tacitos eſset præterijſse nephas:
Huſsie, tuque adeo ſacris Hieronyme libris
Jmbute *etc.*

Fol. 8 a: Chriſte precor venias, in tanto turbine rerum
Hisce malis, duce te non nisi, finis erit.

— *Fol. eodem b:* Excellentiſsimo et clariſsimo virtute et doctrina viro Domino Paulo Preſsio, Sacræ Theologiæ Doctori — præceptori et Sympatriotæ suo omni cultu obſeruantiæ digniſsimo. *Disticha 12 de morte quinque virorum, qui eodem anno (1575, ut videtur) decesserunt.* — *Sequuntur disticha 5, quæ indicant, quo anno, mense et die quisque mortuus sit.* — *In fine:* Scripta pietatis et obſeruantiæ ergo a Ioanne Giſkra Gurrimeno. — *Folia sunt 9, bene scripta.* *Q. 19.*

Guarinus, Hieronymus.

Epistola. — Jheronimus Guarinus — Nicolao ſtroce Salutem plurimam dicit. — *Scripta in Italia circa annum 1460. F. 7 (num. 26).*

Guarinus Veronensis.

Guarinus veronenſis ad iheronimum filium hipoteſia (*sic*). *Paginæ sunt 3, col. 1. Scripta est hæc epistola in Italia circa annum 1460. F. 7 (num. 25).*

Oratio Gratulatoria. Ibidem, num. 23.
Oratio Nuptialis. Ibidem, num. 24.

H.

Hieronymus Stridonensis.

Epiſtola Jeronimi ad Oceanum de vita clericorum.
Epiſtola — ad Ruſticum pro inſtitucione monachatus.
Epiſtola — ad nepocianum preſbyterum de Jnſtitucione clericatus.
Epiſtola — ad Eliodorum de contemptu mundi.

Jeronimus ad paulinum preſbyterum de inſtitucione clericorum vel monachorum. — *Omnes hæ epistolæ exstant in eodem codice, quem possedit quondam Birgerus Hamor, Canonicus Strengn., denatus 1481, cuiusque codicis partem ipse scripsit. F. min. 12.*

Horologium Aeternae Sapientiae.

JNcipit prologus libri qui intitulatur horelogium (*sic*) eterne ſapiencie. *Hæc fol. 1 a, col. 1. — Fol. 3 b, col. 2:* Explicit prologus. Jncipiunt tituli primi libri. — *Fol. 4 a, col. 1:* Expliciunt Tituli. Jncipit liber primus. — *Fol. 71 b, col. 2:* Explicit liber primus etc. Jncipit liber ſecundus. — *Fol. 72 a, col. 1:* Explicit Tabula. — Capitulum primum huius ſecundi libri. — *Fol. 113 b, col. 2:* Explicit horologium eterne ſapiencie etc. — *Infra: Insigne Conradi Roggonis cum his versibus:* Sis mihi protector ſcriptori tu bone lector corrige non recta uel amanter protege lecta. — *Folia sunt 113, col. 2. — Fol. sequ. 1 a, col 1:* Jncipiunt centum meditaciones paſſionis domini noſtri ieſu chriſti quas quilibet deuotus chriſti diſcipulus quotidie debet deuota mente perſoluere ac ſeipſum in eiſdem domino ſuo pro ſe crucifixo humilius quo potuerit per affectum pij amoris conformare. — *Folia septem prima huius tractatuli restant; cetera (6 ?) sunt evulsa. — Sequitur aliud opus, quod et initio et fine caret et ea tractat, quæ ad peccata et temptationum laqueos declinandos et ad virtutes acquirendas valeant. — Folium primum sic incipit:* — cominus iſtum quaſi quedam conglobatura turba

omnium que viderat vel audierat comitatur vel tumultuancium negociorum ſtrepitum quem illic tolerabat in corpore multo ingruencius multoque importunius hec paciatur in mente precipue ſi oracioni vacare enixius reperit Ecce fantaſia cogitacionum ecce ymagines quas videat rerum *etc.* — *Deinde auctor ad feminas, convivia, spectacula etc. evitanda hortatur.* — *Fol. 6 b, col. 1:* Sed nunc tranſeamus ad illud quod tercio loco predictum eſt valere ad peccata et temptacionum luqueos declinandos et ad virtutes acquirendas et hoc eſt frequenter ſacre leccioni inſiſtere et incumbere oracioni. — *Fol. 11 b, col. 2:* Nunc ergo de oracione iuxta ordinem promiſſum domino opitulante ſubiungamus. — *Fol. 16 a, col. 2:* Sed nunc de oracione ſolenni et publica aliquid ſubiungamus. — *Fol. 24 a, col. 1:* Sed nunc ad proprij ſtatus ſiue officij condicionem mentis aciem conuertamus. — *Fol. ult. b, col. 2:* Non iam ſtudent dei laudem gloriam et honorem querere — ſed quomodo repleant marſubia et hominibus placeant ſecundum quod apoſtolus predixerat Erunt inquit homines ſeipſos amantes —. *Folia, quæ restant, sunt 26, col. 2.* — *Et in hoc opere et in Horologio multa folia sunt membranea. Totum hunc pulchrum codicem sua manu scripsit Conradus Roggo.* *Q. 15.*

Hymni. Vide **Epigrammata, Genethliaca, Locher** et **Symbolum.**

J.

Jason, pro **Jarson.** Vide **Gerson.**

K.

Kergelius, Stephanus.

Elegia de Natali Saluatoris Domini nostri Jhesu Christi, scripta Georgio Williſch Carnouienſi. *Disticha 19.* — *In fine:* Tuus Stephanus Kergelius. — *Folia sunt 2. Opus, quod est cum hoc colligatum, scriptum est:* Olomuncij Anno 1573. *Q. 19.*

L.

Lactantius, L. Coelius. — Firmianus.

Jncipiunt capitula libri primi lactantij. primum capitulum. *Hæc fol. 1 b. — Fol. 2 a: Iudicia Augustini et Hieronymi de Lactantio. — Fol. 2 b:* Firmiani lactantij diuinarum inſtitutionum aduerſus gentes libri ſeptem. Jncipit primus de falſa religione. Quanti ſit et fuerit ſemper cognitio ueritatis. et quod nec ſine religione ſapientia nec ſine ſapientia ſit probanda religio. j^{m}. c^{m}. *In inferiore margine exstat insigne Conradi Roggonis, auro variisque coloribus ornatum. — Fol. 28 a:* JNcipit liber ſecundus de origine erroris. —. primum capitulum. — *Fol. 48 b:* JNcipit liber tertius de falſa ſapientia. —. — *Fol. 72 b:* Jncipit liber quartus. *De vera sapientia. — Fol. 98 b:* Jncipit liber quintus de juſtitia —. — *Fol. 117 a:* Jncipit liber ſextus de uero cultu. —. — *Fol. 139 a:* Jncipit liber ſeptimus. de uita beata —. — *Fol. 161 a:* Jncipit liber lactantij de jra dei: —. — *Fol. 174 b:* — Jncipit liber eiuſdem de opificio dei uel formatione hominis. — *In fine, fol. 187 a:* Explicit liber lactantij firmiani per me nicolaum Wonnenberch de gdanck ſub anno domini M°. cccc°. lix°. die uero xxvij menſis aprilis etc. deo gratias. — *Fol. 188 a sequitur:* Conſtantinopolitane ciuitatis expugnacio, *continens paginas 5, quam (fol. penult. 190 b) excipit:* Oracio (*Conradi Roggonis*) habita in conuentu doctorum peruſinorum pro impetrandis doctoratus inſigniis, *quæ fol. sequ. ult. a explicit. Hic pulcherrimus codex integer est et continet folia 191 (col. 1). Orationem, omnes Lactantii rubricas multasque annot. marg. sua manu scripsit Conradus Roggo. In interiore parte involucri hæc quoque idem scripsit:* Hunc lactancium emi Ego Conradus Roggo in Almo ſtudio peruſino a quodam ſcriptore famulo domini Johannis petrutzij de monte ſperello legum doctoris famoſiſſimj pro quinque ducatis in quinternis quem poſtea ligare feci pro medio ducato Anno domini Mccccolx de menſe decembris. *F. min. 6.*

Laurentius de Bononia.

Consilium Iuris. — An bona laycorum que ſunt in eſtimo vniuerſitatis vt ſoluant collectas ſunt obligata ad ſolucionem ſi talia bona perueniant ad eccleſiam. — *In fine:* laurencius — de bononia. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. rom.* xvi).

Laurentius de Polonia.

Jncipit memoriale decreti cum remiſſionibus gloſarum Rubrica. — Ego Laurencius de polonia Scolaſticus eccleſie Wratiſlauienſis

Cappellanus (*sic*) domini pape et doctor decretorum Ad honorem dei omnipotentis et vtilitatem ftudencium falutem. — et ad hoc ut effet verius et in memoria poffet facilius retineri et delectabilius (*esset*) opufculum ad legendum verfifice comprehendi diftincciones et caufas et queftiones — et hoc opufculum omnibus eft notatum tam doctoribus ad affignandas remiffiones in cathedra magiftrali quam et fcolaribus in difputando et aduocatis in allegando ad inueniendum materias in decretis et glofas facientes ad eandem que in diuerfis locis tam in decretis quam in decretalibus funt difperfe. Primum (*sic*) quod humanum ius diuinumque vocatur. — Altera romanum ius dat per fingula membra. — Tercia cur lex dicitur ecclefiaftica canon (*sic pro Tercia cur dicitur lex etc.; quantitatem non curat Polonus*). — Dicitur in quarta cur condita iura fuerunt (*sic*). — Quinta docet ftabile ius naturale manere. *etc. Hæc fol. 1 a.* — *Fol. 3 b:* Quinquagefima reftituit lapfos penitentes. — *Fol. 6 b:* De quo uiuet clerus in nonagefima prima. — *Fol. sequ. ult. a*: Delegato (*sic*) tractat nonagefima quarta. *Hanc quæstionem imperfectam reliquit librarius. Folia sunt 7, col. 1. Scriptum ante annum 1460. In fine totius codicis legitur:* Liber ecclefie Strengenenfis.

F. min. 9.

Legalium Vocabulorum Tractatulus.

———— *Fol. 1 a, col. 1:* (E)xacta a ciuitate romana legibus (*sic pro Exactis — regibus*) conftituti funt duo confules — qui — rei publice confulebant *etc. de antiquis honoribus magistratibusque Romanorum.* — *Fol. 2 a, col. 2:* (Ha)cthenus eos propriis nominauimus verbaculis qui publica gerunt officia Et quod fit cuiufque officium vel dignitas vel minifterium docuerimus (*sic*) Nunc autem ad priuatas tranfeundum eft perfonas *etc. de ingenuis, libertis, servis, adoptivis, pupillis etc.* — *Fol. 3 b, col. 1:* (N)vnc ad nomina agnatorum proueniamus. — *Fol. 4 b, col. 1:* (N)unc ad delinquentes tranfeamus. — *Col. 2:* (L)Egare quadam (*sic*) accepcio eft in iure Et cetera. alia fignificacione legare eft vltimam voluntatem teftatoris — difponere *etc.* — *Fol. 5 b, col. 2:* (Ha)cthenus quorundam verborum breuitate prelibata ad quarundam rerum vocabula proueniamus. — *Fol. 8 a, col. 1:* (N)vnc prius ad varietatem accionum tranfeamus. videamus primo quid fit ius, *cum enumeratione legum et senatusconsultorum Romanorum etc.* — *Fol. eodem b, col. 2*: (S)Equens eft ut acciones fuis vocabulis nominemus. — *Fol. 9 a, col. 2:* (C)Eterum accionum in perfonam quedam nafcuntur ex contractu quedam ex maleficio. — *Fol. 10 b. col. 1:* (E)x obligacione maleficii nafcuntur acciones ut eft condicio rei furtiue accio furti manifefti et non manifefti *etc.* — *Col. 2:* (E)x obligacione quafi ex maleficio oriuntur acciones *etc.* — *Fol. sequ. ult. a, col. 1:* Explicit tractatulus vocabulorum legalium per manus (*Conradi Roggonis;*

rubricas vero ille non scripsit). — Folia sunt 11, col. 2. In fine totius codicis legitur: Liber ecclefie Strengenenfis. *F. min. 9.*

Locher, Iacobus — Philomusus.

Celeſte Roſarium in quo excercitus (*sic*) tocius celeſtis curie laudatur ad deuocionem chriſtiane gentis excogitatum a Jacobo Locher philomuſo poeta et oratore laureato Sacre theologie amatore precipuo etc: Ad deum patrem. — Ad deum filium. — Ad deum ſpiritum ſanctum. — Ad humanitatem chriſti. — Ad beatiſſimam Virginem Mariam. — Ad choros angelorum. — Ad patriarchas et prophetas. — Ad apoſtolos et euangeliſtas. — Ad martires Chriſti. — Ad confeſſores doctores Monachos et Heremitas. — Ad Virgines et moniales. — Ad Viduas. — Ad omnes ſanctos et ſanctas dei Oracio philomuſi. — Pro diui franciſci ſectatoribus qui roſarium Celeſte inſtituerunt Oracio philomuſi. — *In fine:* Jn iacobi locher philomuſi poete laureati roſarium Johannis fuſto Hexaſtichon ad lectorem. Finis. *Totum Rosarium constat ex distichis. — Folia sunt 8, bene scripta. Q. 19.*

Lodovicus de Roma. Vide **Pontanus.**

Lyra, Nicolaus de.

Jncipit pſalterium fratris nicolai de lyra magiſtri in ſacra theologia. *Hæc fol. 1 a, col. 1, char. rubr. — Deinceps incipit Prologus his verbis:* Propheta magnus ſurrexit in nobis luce q°. — *Fol. 4 b, col. 2 incipiunt Commentarii in psalmum primum Davidis:* Beatus vir qui non ambulat in conſilio impiorum. — *Fol. 183 b, col. 1 incipit Psalmus Clxus:* Laudate dominum in, *qui fol. sequ. a, col. 1, lin. penult. explicit. — Linea sequ.:* Sequuntur vſus medicinales, *qui fol. eodem b expliciunt. Psalmus 118 in undecim psalmos est divisus, unde factum est, ut numerus psalmorum in hoc codice evaserit 160. Usus medicinales continent præcepta, quæ ad valetudinem curandam pertinent. Folia sunt 184, col. 2. In interiore parte tegumenti codicis scriptum est:* Anno dni Mcdlxxtercio Jn profeſto ſancte Marie Magdalene aſſignauit honorabilis Vir dominus Haquinus prebendatus animarum Eccleſie Strengenenſis hunc librum ad manus Capituli eiuſdem, hac condicione prehibita, quod dominus helgo prepoſitus uſufructum (*sic*) iſtius libri habeat ad dies vite ſue, poſtea cedat ad perpetuam poſſeſſionem et proprietatem eccleſie Strengenenſis Orate deum pro eo. *F. 11.*

M.

Marianus de Senis. Vide **Soczinis**, Marianus de.

Marinus.

Sequencia documenta de penitenciis etc. exerpta ſunt de libris domini marini ſedis apoſtolice legati Anno domini Mcdlxj in ſwecia predicantis. *Hæc pag. 1. — Pag. 5:* Sequuntur caſus penitenciales vtiles confeſſoribus ad ſciendum. — *Pag. 16:* Miſereatur — deus vt dimittat nobis omnia peccata noſtra. — *Pag. 17 sequitur Tractatus de Religione, qui sic incipit:* Religio munda et immaculata hec eſt viſitare pupillos et viduas in tribulacione eorum et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo Jacobi j° Volens aliquam religionem intrare et eam obſeruare tria debet conſiderare primo que et qualis ſit illa religio in ſe Secundo (*quales*) difficultates continet et quales operaciones requirit (*sic*) et 3° quis et qualis fructus ſiue finis inde perueniat uel ſequi poteſt (*sic*) *etc.* — *Pag. 18:* Primus punctus (*sic*) ergo noſtre religionis eſt credere articulos fidei qui ſunt duodecim et continentur in cymbalo (*sic pro symbolo*) apoſtolorum. — *Pag. 21:* Secundus punctus noſtre religionis eſt ſeruare x mandata decalogi. — *Pag. 25:* Tercius punctus noſtre religionis eſt euitare vij mortalia peccata. — *Pag. 39 sequuntur Casus papales et episcopales.* — *Pag. 42:* De jeiuniis quatuor temporum. — *Pag. 43:* De ſancto Johanne apoſtolo et ewangelizante ante portam latinam, *qui tractatulus pag. sequ. sic incipit:* Johannes apoſtolus et ewangeliſta dum epheſi predicaret a proconſule capitur ut diis immolet inuitatur qui dum negaret in carceres mittitur et ad domicianum imperatorem epiſtola deſtinatur Jn qua magus ſacrilegus deorum contemptor et crucifixi cultor nominatur Juſſu igitur domiciani romam deducitur et deducto pro deriſione omnes capilli a capite preſcinduntur ac ante portam vrbis que latina dicitur in doleo ardentis olei — mitti iubetur Nullum tamen dolorem ſenſit ſed penitus illeſus exiuit *etc.* — *Pag. 45:* De letaniis (*sic*) minoribus et mayoribus. LEtanie in anno bis fiunt ſ. in feſto ſancti marci que dicitur letania mayor et tribus diebus ante aſcenſionem domini que dicitur minor, *qui tractatus his verbis concluditur:* — Huius ergo cantici laus et auctoritas ex quatuor colligitur primo ex eo quod angelus illud edocuit 2° ex eo quod ad eius probacionem tribulacio conquieuit Tercio ex eo quod calcedonenſis ſynodus illud approbauit Quarto ex eo quod demones a deo iſtud timent. *Paginæ sunt 49, col. 1. Scriptum circa annum 1461.* Q. 16 (*Op. XV—XIX*).

Martinus Laudensis.

Tractatus de Jeiuniis. — *In fine:* Et ſic de preſenti tractatu ſit finis Editus fuit et compoſitus tractatus iſte de Jeiuniis per eximium doctorem Martinum laudenſem. *Folia sunt 4, col. 2. Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. arab. 45).*

Mizna, Iohannes de.

De bono ordine moriendi tractatus. — Fol. 1 a, col. 1: Venerabili viro domino et amico mihi in chriſto kariſſimo (*sic*) Helmoldo glendenſtede de Soltwedel Magiſtrali cathedra ſublimato ſacreque theologie Baccalario ac collegij illuſtriſſimi principis regis ac dni. dni venzeſlai Romanorum ac bohemie regis alme vniuerſitatis pragenſis collegiato Johannes de Mizna clericus humilis veſtre reuerencie orator pragenſis cautus Rectorque parrochialis eccleſie ſancti Galli — Salutem et omne bonum. — *In fine, fol. ult. b:* — Quod nobis preſtare dignetur Qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus in ſecula ſeculorum Amen. Anno dni Mcd° xxxix° Sabbato ante palmas finitus eſt iſte tractatus de bono ordine moriendi copiatus et partim ſcriptus per me Birgerum hamor Canonicum Strengenenſem in ſtudio lipzſenſi de cuius fine ſit laus et honor domino ieſu chriſto matrique eius marie virgini glorioſe. *Folia sunt 57, col. 2, cum annotat. marg. Conradi Roggonis.* *F. min. 12.*

Monte Sperello (s. Spello), Iohannes Petruccius de — de Perusio.

Consilium Iuris. — An emens rem cum certis pactis intelligitur eam vendidiſſe cum eiſdem pactis. — *In fine:* Jo. de monte ſperello legum doctor. — *Scriptum in Italia circa annum 1460.* *F. 2 (num. rom.* liiii).

An et quando veniunt confiſcanda bona ipſius qui ſe ipſum interficit. — *In fine:* Jo. de monte ſperello legum doctor. — *Scriptum in Italia circa annum 1460.* *F. 2 (num. rom.* lvii).

An habens penes ſe res depoſitas uel impignoratas teneatur ad emendacionem ſi a muribus corroduntur — *In fine:* Et ita dico et conſulo Ego Johannes de monte ſperello de nobilibus de peruſio legum doctor. *Scripsit Conradus Roggo.* *F. 2 (num. rom.* xlii).

An mendicantes poſſunt preſcribere quartam parrochialem inductam — et conſuetudinem non ſoluendi allegare. — *In fine:* Et ita dico et conſulo Ego Johannes de monte ſperello de peruſio legum doctor. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. rom.* xxxviii).

An ſolus tabellio ſufficiat in examinacione teſtis Et an teſtis poſſit dicere contrarium eius quod ſcriptum reperitur per tabellionem in eius examinacione. — *In fine:* Conſilium domini Johannis petrucij de peruſio. — *Scriptum in Italia circa annum 1460.* *F. 2 (num. rom.* xlv).

Consilium de execucione facienda per executores testamenti. — *In fine:* Jta dico et Confulo ego Johannes de monte fpello de perufio legum doctor et ad fidem me fubfcribo et figillo faluo tamen confilio faniori. — *Scriptum in Italia circa annum 1460.*

F. 2 (*num. arab.* 9).

Quomodo et qualiter poteft quis edificare in fundo proprio prope murum uel parietem vicini per certum fpacium. — *In fine:* Et ita dico et confulo ego Johannes de monte fperello legum doctor. *Scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xliii).

N.

Nicolaus Tudeschi Siculus, Abbas, postea Archiep. Panormitanus.

Consilium Iuris. — An debetur epifcopo quarta de relictis ad vfum pauperum. — *In fine:* Ego Nicolaus abbas panormitanus fenis actu legens in titulo de tefta. fcripfi idem. Ego faluftius de monte moncino me fubfcripfi Et ifti alij omnes fe pariter fubfcripferunt videlicet primo Dominus francifcus de Zabarellis cardinalis Dns paulus de Caftro Dns petrus de perufio Dns venacius de camarino Dns dyonifius de perufio Dns lam. rodolphi de florencia Dns Marcus de perufio Dns petrus de perufio (*sic*) Dns dominicus de fancto geminiano. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xxvii).

Consilium Iuris. — An monafteria tenentur foluere epifcopis quartam et canonicam porcionem. — *In fine:* Ego nicolaus de ficilia abbas panormitanus. — *Scripsit Conradus Roggo.*

F. 2 (*num. rom.* xxvi).

Repetitio Nicolai Siculi, quæ sic incipit: (E)cclefie fancte marie Famofum capitulum Tum propter materiam hic contentam Tum propter materiam fibi adaptabilem que vt ex infra dicendis apparebit difficilis et prolixa exiftit conabor hic infiftere tacta per doctores iuris vtriufque humani fcilicet et diuini in variis et diuerfis locis An et quando lex imperialis vel inferiores aliquo modo includat ecclefiafticas perfonas Et earum bona Et fuper quibus habent poteftatem ftatuendi *etc.* — *In fine, fol. penult. b:* Deo gracias. Compofita fuit hec repeticio per me nicolaum de Cecilia (*sic pro Sicilia*) abbatem maniatenfem (*sic*) Anno chrifti M cccc xxv in ciuitate fenarum et finite per fcriptorem altera aprilis anno lv (*1455*) in ciuitate perufina Et vide infra conclufiones et correlaria eiufdem materie contexte. — *Sequuntur novem "Correlaria" et viginti Conclusiones,*

quæ fol. ult. b expliciunt. — Folia sunt 11, col. 1. Ex libris Conradi Roggonis. *F. min. 8.*

Repetitio Nicolai Siculi de restitutione beneficiorum ecclesiasticorum, quæ incipit a vocabulis: (Lu)cius clericus. — *In fine:* Et hic ſit finis Ad laudem indiuidue trinitatis Ac beate et glorioſe dei genitricis marie ſanctarumque virginum Agathe et lucie necnon et benedicti Amen. — *Folia sunt 9, col. 2. Scripta in Italia circa annum 1460.* *F. 2 (num. arab. 16).*

SEquitur Repeticio domini Nicolai § Quia vero et debet legi et ſcribi ad c. Exſtirpande de prebendis. — *In fine:* Repetitus fuit iſte § per me Nicolaum de Cecilia (*sic pro Sicilia*) decretorum doctorem ſub Anno dni Milleſimoquadringenteſimo decimoquarto. — *Folia sunt 13, col. 2. Scripta in Italia circa annum 1460.*
F. 2 (num. arab. 17).

SEquitur Repeticio alia capituli Cum eſſes domini Nicolai Abbatis. — *In fine:* Et ſic eſt finis. — *Folia sunt 7, col. 2. Scripta in Italia circa annum 1460.* *F. 2 (num. arab. 18).*

Jncipit alia Repeticio domini Nicolai, *quæ incipit a vocabulis:* SEmpronius clericus. — *In fine:* Et ſic eſt finis huius Repeticionis Deo laus et gloria per infinita ſeculorum ſecula Amen. — *Folia sunt 9, col. 2. Scripta in Italia circa annum 1460. F. 2 (num. arab. 19).*

Tractatus Nicolai Siculi de horis canonicis legendis, qui incipit a vocabulis: Ad honorem dei. — *Folia sunt 2, col. 2. Scripsit Conradus Roggo.* *F. 2 (num. arab. 38).*

Niger, Franciscus. — Venetus.

Fol. 1 a: Alberti Baiouari Magnifici Patauinæ Academiæ Moderatoris Panegyricon Epenticon. f. A: F: B: Extemporalis Reſponſio Ad oracionem Hermolai Barbari nomine duorum Ceſarum Per Antonium Graciadeum (?), *quæ fol. eodem b explicit. — Fol. 2 a, char. rubr.:* IC. XC. Franciſci Nigri Veneti doctoris Jn Alberti Baiouari Jlluſtriſſimi principis Alberti filij: Vtriuſque iuris conſultæ Achademiæ (*sic*) Patauinæ moderatoris deſignati: Candidatos faſces: regiamque prætextam: Paludato ſyrmate obnuptum: pedeſtris Hyppotheſeos honeſtum Epenticon: Jn ſacro Pontificio: diuini ſpiraminis octodialibus: tibicinario docmate peroratum. 1491 (*sic*). — *Fol. 11 a:* Dixi. — *Fol. eodem b:* Franciſci Nigri Veneti doctoris Jn Splendidiſsima Alberti Baiouari utriuſque iuris conſultæ Academiæ Patauinæ moderatoris Apophoreta Pæonicum Elegiacum, *quod fol. sequ. a his verbis concluditur:* Cecini. Franciſci Nigri Veneti Doctoris Epenticon Panegyricum Bonis auibus finit. — *Fol. eodem b sequitur:* Peroratio Graciadei Veneti, *quæ pag. eadem explicit. Folia sunt 12, bene scripta.* *Q. 19.*

Novum Testamentum.

Fol. 1 a: Jncipitur regiſtrum tocius byblye Primo ſuper Geneſim, *quod fol. 9 a his verbis concluditur:* Explicit byblya pauperum. — *Sequuntur: Registrum dominicarum, Registrum summariorum et decem Canones concordantiarum Euangelistarum. — Fol. 17 a:* JNcipit prefacio ſancti Jeronimi preſbiteri in ewangelia. BEatiſſimo pape damaſo ieronimus ſalutem. — *Fol. eodem b, col. 1:* Jncipit prologus euſebij ceſarienſis epiſcopi. — *Sequuntur Argumenta et Prologus Hieronymi. — Fol. 20 a, col. 2:* JNcipit ewangelium ſecundum Matheum. — *Fol. 39 a, col. 2:* JNcipit ewangelium ſecundum Marcum. — *Fol. 51 b, col. 1:* JNcipit ewangelium ſecundum Lucam. — *Fol. 71 b, col. 1:* JNcipit ewangelium ſecundum iohannem. — *Fol. 86 a, col. 2:* Explicit ewangelium iohannis. — *Post folium vacuum, fol. 87 a:* Jncipit argumentum in epiſtolam beati pauli apoſtoli ad Romanos. — *Fol. 109 b:* Magiſter criſtoferus de holmis Jncepit epiſtolam beati pauli apoſtoli Ad Romanos Anno dni Mcd° xxxv Jn profeſto beate barbare virginis Et finiuit anno eodem JN Vigilia natiuitatis domini Propter quod laudetur deus Amen. — *Sequuntur Epistolæ ad Corinthios, Galathas, Ephesios, Philippenses, Colossenses* (Colocenſes), *Thessalonicenses, Timotheum* (Thimotheum), *Titum* (Thytum) *et Hebræos. — Sequuntur:* Actus (*sic*) apoſtolorum, *quorum in fine fol. 253 b:* Magiſter Criſtoferus finiuit actus apoſtolorum feria quinta ante natiuitatis feſtum Johannis baptiſte Anno domini Mcd° xxxvj Et feria tercia ſequenti principiauit in primum librum ſentenciarum. — *Sequuntur epistolæ Jacobi, Petri, Johannis et Judæ, cuius in fine fol. 278 b legitur:* Explicit epiſtola ſancti iude apoſtoli anno dni M° cd° xxxv dominica prima aduentus Et eodem anno in craſtino apoſtolorum ſymonis et iude Magiſter criſtoferus de holmis incipiens curſum ſuum principiauit in canonicas apoſtolorum et finiuit canonicam iude feria ſexta poſt andree in ſabbato ſequenti incepit apoſtolum ad romanos. — *Sequitur Apocalypsis, in cuius fine:* Amen. — *Folia, vacuis non numeratis, sunt 307. Registra habent col. 1—8, Euangelia 2 et Epistolæ unam. Et supra lineas et in marginibus annotationes scriptæ sunt, plurimæ a Conrado Roggone. Hic codex est integer et bene scriptus.* *F. 10.*

O.

Oldradus, seu Olradus de Ponte.

Consilia Iuris. — Fol. 1 a: Jncipit tabula ſuper conſiliis Oldradi que ſecuntur (*sic*) reiectis aliquibus minus vtilibus. —

Fol. 3 a, col. 2: Explicit tabula ſuper conſiliis Oldradi. JNcipit Tabula ſuper aliquibus tractatibus diſputacionibus et repeticionibus que ſecuntur poſt conſilia Oldradi (*et in hoc catalogo positæ sunt sub nominibus auctorum*). — *Fol. eodem b, col. 2:* Sequitur tabula ſuper aliquibus conſiliis diuerſorum doctorum hinc inde collectis (*positis sub nominibus auctorum*). — *Fol. 5 a, col. 1:* An in reſtitucione que petitur fieri de beneficio probacio tituli requiratur Rubrica. — *Fol. 143 b, col. 2:* An dicto cardinalis ſimpliciter ſit credendum. — *Fol. sequ. a, col. 1:* Expliciunt conſilia oldradi que vberiora videbantur. — *Folia sunt 144, cont. 192 rubricas, col. 2, cum sign. et cust. chart.* — *Scripta circa annum 1460 (Perusii a Io. Biest?). Tabulas scripsit Conradus Roggo. Hic codex est integer, præterquam quod folio 5 a excisa est litera initialis et pars ornamenti, quæ fortasse habuit insignia Conradi Roggonis.* *F. mai. 2.*

Orationes.

Oratio De Coelibatu sacerdotum, *cuius prima verba hæc sunt:* Quemadmodum summa imperiorum potestas ut plurimum augusta pace atque adamantino dilectionis et mutui obsequij repagulo solidatur Auditores ita *etc. Hæc fol. 1 a.* — *In fine optat auctor, ut:* Deus rerum omnium effector quam diutiſsime incolumen ſeruet S. D. N. Paulum (*tertium, 1534—1549, an quartum, 1555—1559?*) Pont. Opt. Max., *quæ tamen verba sunt oblita. Oratio habita est pro coelibatu.* *Q. 19.*

Oratio de laudibus Ursinorum domus. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 7 (num. 21).*

Oracio funebris *de laudibus Caroli Zecii.* — *Scripta in Italia ante annum 1460.* *F. 7 (num. 5).*

Oratio Legati Francorum Regis in Concilio Mantuano anno 1450. — *Paginæ sunt 10, col. 1. Scripsit sua manu Conradus Roggo.* *F. 7 (num. 9).*

Oratio de præstantia et dignitate sacerdotum. — *Scripsit idem.* *F. 7 (num. 20).*

Oracio Hanibalis de pace ad Scipionem Ex T. l. *cum responsione.* — *Scripsit idem.* *F. 7 (num. 11 et 12).*

Oraciones aput (*sic*) ſenatum Athenienſem De Recipiendo vel non Recipiendo Alexandro. — *Scripsit idem.* *F. 7 (num. 15).*

Orationis Dominicæ Expositio etc.

Expositio Orationis dominicæ et Salutationis angelicæ. — *Fol. 1 a, col. 1:* (S)Ciendum quod hec oracio dominica ſuper omnes oraciones factas et fiendas habet triplicem excellenciam ſingularem

prima eſt, licet ſit in uerbis breuiſſima eſt tamen *etc.* — *Col. 2:* (H)Oc — breui compendio tamquam prologo premiſſo ſequntur (*sic*) ſeptem peticiones contente in oracione dominica. — *Fol. 6 a, col. 1 incipit Salutatio angelica his verbis:* (Q)uoniam oracioni dominice communiter ſecundum ritum eccleſie et deuocionem fidelium ſalutacio angelica conſueuit annecti Jdeo *etc.* — *In fine, fol. ult. b, col. 1:* Et in hoc terminatur expoſicio ſalutacionis angelice ad honorem dei et glorioſe matris eius virginis marie compilate anno dni Milleſimo ccc° liij in die Agnetis virginis. — *Folia sunt 9, col. 2. In tegumento codicis legitur:* Liber Birgeri Hamor (*Canonici*) Strengenenſis (*denati 1481*). *F. min. 12.*

Orichovius, s. Orechovius, Stanislaus. — Ruthenus.

Fidelis ſubditi De inſtitutione Regia libri duo. *Hæc in fronte fol. 1 a.* — *Fol. eodem b:* Viro Clariſſimo, Senatori optimo: Imperatori invicto: ac patriæ liberatori D. Joanni Tarnovio dono miſit Staniſlaus orichouius Rutenus. — *Infra:* idem manu ſua. — *Fol. 2 a:* Jn fidelem ſubditum, Staniſlai Orichovij Rutheni (*sic*), ad Sigiſmundum Auguſtum, Jagellonem, Poloniæ Regem, præfatio, *cuius finis deest.* — *Fol. 3 a:* Fidelis ſubditi De inſtitutione Regia liber primus. — *Fol. 14 a:* Secunda pars. Rex a tyranno in quo diſcernitur. — *Fol. 24 b:* Fidelis ſubditi de inſtitutione regia liber ſecundus Caput I. — *Folium ultimum a sic explicit:* Tu interea bene vale felixque nobis regna. *Hic codex continet folia 49, col. 1, et bene est scriptus.* *Q. 18.*

ΔΙΣ ΔΙΑ ΠΑΣΩΝ ΣΤΑ. ΟΡΙΧΟΒΙΟΥ. *Hæc fol. 1 a.* — *Fol. 2 a:* Stanislaus Orzechouius (*sic*) Amico cuidam. QVid ais? Ego Principi meo et tuo maledixi? *etc.* — *Fol. 4 b:* Datum Premiſlie — Anno 1543 Tuus ex animo Staniſlaus orzechowſki. — *Fol. 5 a:* Eidem Amico *epistola de cœlibatu, data:* Szerawicza — Anno domini 1547. — *Fol. 7 b:* Ad eundem amicum poſt reuocationem et ſubiectionem *epistola, data:* Premiſlie — 1547. — *Fol. 11 a:* Secretum (*Orichovii*) propria manu ſcriptum. — *Pag. eadem:* Oracio Petri Miskowſki in excepcione Sereniſſimi Regis Sigiſmundi Senioris Anno domini 1548 III Marcii. — *Fol. 12 b:* Illustri viro ac Senatori clarissimo, Domino Andreæ in Gorka Comiti Castellano Poznanienſi, ac Maioris Poloniæ præfecto generali, domino ſuo clementiſsimo Stanislaus Orzekowſki S P D, *quæ epistola de cœlibatu est data:* ex Rupna — Anno — M. D. xlvii. — *Fol. 26 a:* Contra concluſiones Stanislai Orzechowſki quas pro Græcis et Ruthenis ſuscepit scilicet deffendens (*sic*) scriptum *αδεσποτον, quæ epistola, ab anonymo scripta, sic incipit:* Etſi chariſſime Orzechovi nulla vnquam mihi tecum amicitia, aut propior conſuetudo interceſſit *etc., et his verbis concluditur:* ſi quis forte penitentia ductus illi fidere incipiat. — *Fol. 33 a:* Diatriba Stanislai Orichovii Rutheni contra calumniam ad Andream Myekicium Tribunum ac equi-

tem Rutenum. Scriptum ſine nomine mihi abs te, ac Poznania ad te miſſum, moleſtum mihi fuit *etc.*, *quæ epistola* (*nisi folium ultimum deest*) *sic explicit:* VIII. Vbi vero inveniar repertusque fuero aberraſſe —. Sic me deus adiuuet et hæc ſancta dei Euangelia. — *Folia sunt 59, col. 1. Codex est bene scriptus.* *Q. 18.*

P.

Pastorum vel **Sacerdotum** officia.

QVaſi ſtella matutina in medio nebule proprietates huius ſtelle matutine — poſſunt referri ad quamlibet doctrinam fidei — et continentur hiis verſibus

lucis ſplendorem fert ſecum fert quoque rorem
ingens dat letum vigilansque decens preit ipſum
ſolem defectum lune comitans yemisque
tempore luceſcit cedens eſtate quieſcit.

Deinceps sequitur expositio horum versuum. — Fol. eodem b: Multiplex enim (*est*) queſtio Quomodo paſtor uel ſacerdos curam ſuam intrauerit uel quomodo in ea vixerit vel qualiter eam rexerit — vel propter quem finem ſuſceperit eam vel ut paſcat gregem sibi commiſſum — vel ut paſcatur a grege *etc.* — *Fol. 3 b:* De ſuffragiis. — *Fol. 9 a:* De regimine ſacerdotum. Nota. officium clerici eſt mane ſurgere, nocte excubare, horas frequentare, egrotos viſitare, clericos curare, mala exſtirpare *etc.*, *quod regimen fol. sequ. b. explicit.* — *Folia sunt 10, col. 1. Scripsit Conradus Roggo.* *Q. 16* (*Op. XX*).

Petrarca, Franciscus.

Franciſci Petrarcae De Remediis Vtriuſque Fortunae Liber Primus. Cum res fortunaſque hominum cogito *etc.* *Hæc in fronte fol. 1 a cum ornamentis. — Hic codex, qui pulcherrime est scriptus et habet textum multo rectiorem, quam antiqui typis impressi libri, quos vidi, integer continuit folia 261* (*cum registro*), *quorum tamen 52 sunt evulsa. Singulæ chartæ constant ex duodenis foliis, quorum 4 sunt membranacea. Sine dubio Conradus Roggo hunc codicem secum duxit ex Italia.* *Q. 14.*

Petrucius, seu **Petruccius**, Iohannes. — de Perusio. Vide **Monte Sperello.**

Pius II. Papa (antea Aeneas Silvius).

Oracio Reuerendi patris Domini Enej (*sic pro Aeneæ Silvii*) epifcopi fenenfis ad califtum papam tercium pro obediencia preftanda ex parte Jnuictiffimi imperatoris frederici cuius ipfe protunc cancellarius exiftens legacionis officio fungebatur. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 7 (num. 18).*

Oracio Sanctiffimi domini noftri Pij pape fecundi habita in Conuentu feu congregacione Mantuana vj kalendis feptembris Anno dni Mccccl ° nono pro exhortacione ad principes facienda contra turcos. — *Folia sunt 6. Scripsit Conr. Roggo.* *F. 7 (num. 7).*

Refponfio s. d. n. pij pape ij ad francorum propoficionem in congregacione mantuana. — *Paginæ sunt 15. Scripsit Conr. Roggo.* *F. 7 (num. 8).*

Podio, S. de.

Forma Citacionis. — *Folium unum. Scripta in Italia ante annum 1460.* *F. 2 (num. arab. 7).*

Poggius Io. Franciscus. — Florentinus.

Epiftola ad Antonium luftum *contra detrectatores seu delatores.* *F. 7 (num. 2).*

———— De morte Jeronimi hus ad leonardum Arretinum. *F. 7 (num. 3).*

———— Ad Cofmum de medicis —, cum reftitutus fuit a relegacione et reuerfus in patriam. *F. 7 (num. 4).*

————. Poggius — leonello Eftenfi. *F. 7 (num. 27).*

————. Poggius — francifco barbaro. *Hæc et antecedentes quatuor epistolæ scriptæ sunt in Italia ante annum 1460. F. 7 (num. 28).*

Oracio poggij ad nicolaum papam quintum. — *Scripsit Conradus Roggo.* *F. 7 (num. 17).*

Pontanus, s. **Ponthanus**, Lodovicus. — de Roma.

Consilium domini lodouici de Roma An hofpitalia conftructa fine auctoritate epifcopi teneantur fibi de relictis dare quartam epifcopalem. — *In fine:* Et fic eft finis huius confilii domini lodouici de Roma redditum et factum in ciuitate perufij pro certis hofpitalibus in materia canonice epifcopalis. — *Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. rom. xxxv).*

Oracio ſolempnis facta per dominum lodowicum pon de tanum (*sic pro Pontanum*) de vrbe (*Roma*) in concilio baſilienſi ex parte Regis Aragonum Mcdxxxvij°, *quæ incipit a vocabulis:* JNſpexit Sereniſſimus. — *In fine:* Et ſic eſt finis iſtius ſolempnis oracionis domini lodowici de roma oratoris regis aragonum. — *Folia sunt 3, col. 2. Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. arab. 31).*

Sermo domini Lodovici Ponthani de Roma, recitatus in concilio Basiliensi, cuius prima verba sunt: Vos eſtis lux mundi. — *In fine:* Explicit ſermo vtriuſque iuris monarche domini lodouici ponthani de vrbe rome Editus et recitatus per eundem in die ſancti thome de Aquino in cetu patrum vniuerſalem eccleſiam in baſilea repreſentancium 1437 anno. — *Folia sunt 3, col. 2. Scripsit Conr. Roggo.* *F. 2 (num. arab. 27).*

R.

Ramponibus, Franciscus de.

Consilium Iuris. De frigidis et maleficiatis. — *In fine:* Franciſcus de ramponibus. — *Scripsit Conr. Roggo. F. 2 (num. rom.* xviii*).*

Regulae Fidei, ex Aucteritate Scripturæ Sacræ petitæ.

Regulæ, ex Auctoritate Scripturæ Sacræ petitæ, quibus in sacræ theologiæ studio dirigamur. — Fol. 1 a: SJcut in ſcienciis naturalibus oportet fieri reduccionem ad principia que per priora probari non poſſunt ſed ſunt indemonſtrabilia et per ſe nota quorum ſtatim — cognoſcitur veritas — Jta in doctrina et ſciencia fidei que ſupranaturalis eſt ſunt quedam principia indemonſtrabilia et per ſe nota in lumine fidei que per alia non probantur Sed omnia alia que in theologie doctrina traduntur habent noticiam et manifeſtacionem per ipſam Jtem ſicut principia indemonſtrabilia et per ſe nota ſunt plura et tamen omnia neceſſe eſt reduci ad vnum — Jta quamuis plures ſunt articuli fidei tamen vnus eſt inter eos qui eſt ianua et principium omnium aliorum — Et hoc eſt credere ſanctam catholicam et apoſtolicam eccleſiam regi et gubernari a ſpiritu ſancto nec eam poſſe vllomodo errare in hiis que ſunt fidei et neceſſitatis ad ſalutem *etc.* — *Fol. 2 b:* Quia vero ſacra ſcriptura ſuperficietenus et in cortice intellecta ſuperbis hominibus et elatis multam materiam preſtat erroris ſicut patet intuenti omnes hereſes

veteres et modernas que in defenſione ſui erroris pluribus auctoritatibus ſacre ſcripture male intellectis ſe muniunt et defendunt Jdcirco in hoc tractatulo ex dictis catholicorum doctorum quedam regule ſunt collecte quibus in ſacre theologie ſtudio veluti quibuſdam directoriis et lineis dirigamur. Regula prima Omnis ſcriptura veteris ac noui teſtamenti contenta in volumine biblie edita eſt ab auctoribus ſuis ſpiritu ſancto inſpirante. — *Fol. 11 b: Regula quinta decima et ultima.* — *In fine, fol. ult. a:* — Adiuuante chriſti gracia et ſancto ſpiritu dirigente qui eſt deus in ſecula ſeculorum benedictus Amen. — *Folia sunt 12, col. 1. Scriptum Vatzstenis circa annum 1460.* *Q. 16 (Op. II).*

Repertoria.

Concordanciæ tytulorum decretalium cum decreto. *Vide* **Decretales.** *De processu iud. compendium.* *F. min. 9.*

Repertorium, continens Concordantias locorum biblicorum cum decretalibus, ordine alphabetico compositum. — *Fol. 1 a:* (A)Bſtinete vos ad corpus vt vacetis oracioni. — *Fol. 1 b incipit litera B:* (B)Onum eſt non manducare carnem et non bibere vinum. — *Fol. 2 a incipit litera C:* (C)Epit nemiroch eſſe robuſtus venator coram domino. — *Fol. 4 a incipit litera E:* (E)Go ſum ueritas et vita. — *Fol. 6 a incipit litera H:* (H)Jc eſt diſcipulus qui baptizat in ſpiritu sancto et igne. — *Fol. 14 a incipit litera S:* (S)Jne cauſa colunt me maledicta hominum et doctrinas ſequentes. — *Fol. 18 a concluditur hoc repertorium titulo Ypocrita:* Ypocrita primum eice (*sic = eiice*) de oculo tuo trabem. et poſtea feſtucam deduces de oculo fratris tui. — *Sequuntur pag. eadem: Sententiæ variæ metricæ, quarum prima:* (S)Epe precor mortem mortem quoque deprecor idem. no. xxxv di. c. i. — *In fine fol. ult. a:* Zelus domus tue comedit me. xxiiii. q. iiii. qui peccat. — *Folia sunt 20, col. 1. Scriptum ante annum 1460.* — *In fine totius codicis legitur:* Liber eccleſie Strengenenſis. *F. min. 9.*

Repertorium Iuris. — A Acquiritur accio ex contractu per patrem celebrato eciam ſi filius cuius nomine contrahit ſit naturalis tantum dummodo filius ratificet contractum. Et hoc eſt uerum de equitate canonica eciam ſi contractus fuerit celebratus per epiſtolam patri et non filio tranſmiſſam —. *Hæc fol. 1 a.* — *Deinceps procedunt rubricæ ordine alphabetico usque ad ultimam, quæ est:* Zizama, *in cuius fine fol. ult. b, col. 2:* Amen Deo gracias. — *Folia sunt 183, col. 2. Folium 46 est dilaceratum, et folium ultimum (vacuum?) excisum videtur. Hunc codicem sine dubio Conr. Roggo secum duxit ex Italia.* *F. mai. 4.*

Repertorium Iuris. — *Fol. 1 a incipit Registrum Repertorii, ordine alphabetico compositi, quod sic incipit:* ABſenti filio j. Acce-

ptacio ij. Acta facta iij. Accufator iiij. Adherens v. Adeptus vj. *etc.* — *Fol. 2 b, col. 2:* Sacerdos j. Sacramenta ij. Sacrilegium iij. Scandalum iiij. — *Desunt duo folia sequ., quorum alterum continuit finem Registri, alterum initium Repertorii.* — *Fol. 3 b, col. 1 continet rubricam:* Accufator, *col. 2 rubricas:* Adherens *et* Adeptus. — *Fol. 19 a, col. 2:* Sequitur Littera B. BAnnitus. — *Fol. 25 b, col. 1:* Sequitur Littera C. CAnonicus. — *Fol. 47 a, col. 1:* Sequitur Littera D. DAmpnum. — *Fol. 93 a, col. 2:* Sequitur littera J. Iconomus (*sic*). — *Fol. 113 a, col. 2:* Sequitur littera L. LAicus. — *Fol. 142 a, col. 1:* Sequitur littera P. PAcificus. — (*Folia 176 et 177 desunt*). — *Fol. 185 a, col. 1:* Procurator, *cuius ultimus titulus est:* Procurator generalis. — *Cetera desunt. Folia, quæ restant, sunt 186, col. 2.* — *Scriptum in Italia ante annum 1460, et bene scriptum.* *F. mai. 5.*

Repertorium Regularum Iuris. Vide **Decretales**. *Novella Ioh. Andreæ.* *F. mai. 1.*

Ritthamer, Georgius.

Infigniores Sententiæ Ex Epiftolis Horatij Collectæ A Georgio Ritthamero Anno Domini 1530. *Hæc fol. 1 a.* — *Sequuntur Collectanea ex libris Sermonum, Odarum et Epodon.* — *Fol. 22 a:* Ex Satyris Perfij quedam Collectanea (*Prologus et Satyræ duæ*). — *Folia sunt 23. Ante hoc opus exstant duo folia, cont.* Catellam publi, *cuius in fine:* Sum Chriftophori Maximiliani. *Q. 19.*

Roggo, s. Rogge, Conradus, Episc. Strengn.

Oracio habita in conuentu doctorum perufinorum pro impetrandis doctoratus infigniis (*sic*). *Vide* **Lactantius.** *F. min. 6.*

Rotae Decisiones. Vide Decretales.

S.

Saliceto, Bartholomaeus de.

Consilium Iuris. — An et quando quis teneatur de incendio orto. — *In fine:* Et ita confulo ego bartholomeus de faliceto. — *Scripsit Conradus Roggo.* *F.* 2 (*num. rom.* xxxiii).

De duobus fratribus insimul habitantibus Consilium. — *Scriptum in Italia ante annum 1460.* *F.* 2 (*num. arab.* 4).

Salomon Rex et Marculphus Sannio.

DVm fedebat (?) rex Salomon fuper folium dauid patris fui plenus fapiencia et diuiciis, vidit quendam hominem Marculphum nomine a parte orientis venientem valde turpiffimum et deformem, fed eloquentiffimum Vxor erat cum eo que nimis erat terribilis et ruftica Cum eos pariter confpectui fuo prefentari juffiffet, ftabant ambo ante eum fe mutuo afpicientes Statura itaque marculphi erat turpis —, Vxor eius erat nimis pufilla et groffa cum groffis manibus, Comam habebat fpinofam — Aures afininos, oculos lippofos — Rex Salomon cum eos confpexiffet fic eos alloquitur dicens: Qui eftis vos et vnde eft genus veftrum Mr refpondit Dic tu nobis genialogiam (*sic*) patrum tuorum et tunc indicabo tibi genus noftrum — Salomon dixit Audiui te effe virum verbofum et valde callidum quamuis fis rufticus Quamobrem habeamus inter nos altercacionem, Ego te interrogabo Tu vero — refpondebis mihi *etc.* — *Fol.* 2 *a:* Sequitur Secundus liber QVi feminat iniquitates metet mala Marculphus Qui feminat paleas metet miferias —. — *Fol.* 3 *a:* Sequitur Liber Tercius Salomon, pro amore dei omnibus eft dileccio adhibenda Marculphus Si amas illum qui te non amat amorem tuum perdis. — *Fol.* 7 *b:* Liber Septimus. DJe autem tranfeunte Et hora cene adueniente rex falomon confedit ad cenam cum maximo apparatu Et Marculphus fedens cum aliis tres forices inclufeerat in manica tunice fue fuit enim in curia regis falomonis vna catta que nutrita erat et docta quod — teneret candelam duobus pedibus prioribus coram rege et vniuerfis, —, Cum autem omnes cenaffent Marculphus — — terciam foricem emifit, quam cum catta confpexiffet vltra non ferens, candelam deiecit, et poft foricem currens illam apprehendit, Marculphus hoc videns dixit ad regem coram te probaui melius valere naturam quam nutrituram Dixit autem rex S. feruis fuis proicite (= *proiicite*) iftum viliffimum — fi deinceps venerit dimittite fuper eum canes meos — Jn fequenti die Marculphus — cogitabat quomodo curiam regis intraret, vt canes eum

